Seu quę per Latium, doctæq; p Helladis oras
Fuderunt vario ſacri ſpiramine vates.
En noua lux. iam mente feror ſup ardua cœli
Culmina, & empyreos tractus fœlicibus alis
Tranſcendiſſe iuuat ſuperumq; aſſiſtere regi,
Qui pater & genitus & ſpiritus inclytus almū

rio ceteris anteriorem mōſtra
uit, idemq; aſſeruit Canticū ip
ſum Moſis, quod Pharaone
demerſo cōcinnuit, mox & ei
us ſoror Maria repetijt, præci
nens mulieribus omnibus, ut
in Exodi libro legere dat, he-
xametro fuiſſe vſu compoſi-
tū, tumq; generis eiuſdē carmi
na principium habuiſſe in ip-
ſo erythreo littore, ita vel a re-
gis noie, vel a colore nūcupa
to. ut in hymni ſequentis com
mentario late dicemus, inter
enarrandū illa vba. erytheiq;
vndas horrere pfundi. ¶Seu
quæ p latium. ſummatim re-
cenſent Græci & latini religionis noſtræ theologi, q res diuinas cecinerūt, nam ſi forte arro-
gans videret optare, q̄ ſanctiſſima illa & inculpata ingenia a primo æuo decantarūt, cōſonū
ſubinde putari poſſet ea petere, q̄ poſteriorib9 ſeculis effuſa ſunt p Hellada & Latiū, græcā lin
guam & latinā intelligi volumus. Hellas aūt græcia ab Hellino, ut Solinus & Plini. Alij Theſ
ſaliam Hellada a ciuitatis nomine, & Apollodor9 Hellines Theſſaliæ incolas voluit eſſe. Hel Hellas
lenen aūt Deucaliōis filiam, Strabo rettulit. Latium a latente Saturno dictū volūt plurimi, ſed Latium
de hoc in ſequētis hymni interptamētis plura. Fuere aūt multi q res diuinas carmine pſecuti
ſunt ex gręcis pter hymnos Dionyſij, quos ab eo editos ſcimus, ſed quo nam genere, minime
nouimus. ſunt Græ gorius Nazianzenus, cuius & pſa & carmine multa eius opa legunt. Nō-
nus Panopolitanus q paraphraſim in euāgeliū Ioannis carmine cōpoſuit heroico. Amphi
lochius iambos. Apollinaris Iuliani tempibus, geſta Hebreoꝝ heroico vſu in Iuliani inuidiā
quattuor & viginti libris complexus eſt, auctore Sozomeno, & pterea comædias Menādri,
& lyram Pindari fœliciſſime dr æmulatus. Stephanus item de Chriſti cruciatu tragœdiā. Am
broſius pterea Alexandrinus, Sophronius. Ioan. Damaſcenus, Chriſtodorus Thebanus. Ae
gnatius Cōſtantinopolitanus, Methodius, q Porphyrij errores metro redarguit, & alij nō pa
rum multi in omi carminū gn̄e celebres. latine aūt cecinerūt, Iuuencus. Sedulius, Arator, Pru
dentius, Lactantius, Paulinus, quoꝝ libri notiſſimi. Hieronymus etiā epitaphia q̄dam, & de
pſalterio hexametros quoq; vſus concinuit. Hilarius Pictauienſis hymnoꝝ librum, auctore
Hieronymo, & Magnus Ambroſius hymnos quoq; lyricos ædidit. Seuerinus item Boetius
in conſolatōe philoſophiæ varia carmina cecinit. ptereo Damaſum, Licentiū, Bedam, Rha-
banum, Hydalbertū Cenomanenſem, & alios non parum multos, ne catalogū cōficiam, q
omnes vario ſpiramine. i. varij carminis gratia, de religione Chriſti cecinerūt. ¶En noua lux.
maior gratia poſt orōem & inuocatōem. ¶Iam mente feror. alius gradus eleuatōis oſtendit.
qppe paulatim ad diuina pcibus cōſcendimus. ¶Empyreos tractus. vltimi cœli ſpatia. ¶Fœ
licibus alis. amoris ſcilicet & fidei. ¶Superumq; aſſiſtere regi. mente ipa & pio deſiderio. is au-
tem rex æternus, & cœli terræq; creator, tres pſonæ, & vna eſſentia, pater, filius, & ſpiritus ſan
ctus, vnus deus, vna diuinitas, & vnaq̄q; pſona dicit deus. aſſerimus em̄ patrem eſſe deum,
& filium eſſe deum, & ſpiritū ſanctum eſſe deum, non tamē tres deos, ſed tres pſonas vnū eſſe
deum. vna em̄ dei eſt & indiuidua eſſentia, quam q̄libet pſonaꝝ habet, & ita cum Athanaſio
& cæteris theologis vnitatē in trinitate, & trinitatē in vnitate veneramur. ¶Numen. a nuo
numen Varro & Priſcianus in quarto deduxit, ſignificabat aūt id nomen gentibus, dei nutū, Numen

dei potentiam,& ipm deum & imperiū.nobis hoc loco dei essentiā & ipam diuinitatē.sic & apud Seduliū numen p diuina potestate sumptū,cum cecinit,Salue sancta parens enixa puerpera regem,Qui cœlum terramq; regit p sæcula.cuius Numen & æterno complectēs oīa gyro,Imperiū sine fine dedit.¶Personis distinctū,viribus vnum.p vires intelligimus æternitatem,omnipotentiā,& q̃ tribus psonis & cuilibet earꝫ æque insunt rēspectu ad res creatas habito,nec ppterea vna distinguit̃ ab alia,sed p relatōes originis,ut cum veteres theologi multi,

Numen personis distinctum viribus vnum.
Te summe omnipotens æterne essentia simplex
O genitor,patris o genite,atq; o spiritus alme
Amborum nexus,& summi copula amoris
Te colo,te veneror,te supplex semper adoro,
Te genitrix natura colit,te pontus & aer
Quæq; imam nimio sortita est pondere sedem

tum ex recētioribus Thomas; Scotus,alij decreuerūt,tam & Bonauenturæ & alijs placuit, psonas ipas p absoluta consti
Almum. tui.¶Almum.numen v̄o almum diximus,qm̄ diuinitatis beneficio,vniuersa & sunt & conseruant̃.qd aūt psonæ nomen apud gentes significet,tibi notū puto,vñ psonati in scœnis introducebant̃,& apd' Seruiū in Bucolicis,diuinarū psonarꝫ mentio.apud nos v̄o,rōnalis naturæ indiuidua substantia.de hac re plurima Boe-
Essentia tio,Augustino,Thomæ,Scoto alijs disputata.¶Essentia.hoc nomen maxime vsui est theologis nostratibus.Multi barbarꝫ putāt,quod tñ auctoribus latinæ linguæ vsurpatū cum alibi,tum in pœmio librorꝫ nostrorꝫ de p̄notione rerꝫ ostendimus.¶O genitor.pater,q a nul
Spiritus lo est,a nullo dependet.¶Patris o genite.Filius q a patre est.¶O spiritus alme.spūs sanctus,q a patre filioq; pcedit,hoc aūt diu in suam pniciem Græca natio negauit,quem aduersus errorem in Theorematibus de fide nōnulla cōscripsi.Spūs nomen plura significat.nam de aere,ventoq; dr̃.de mente item,de v̄tute imaginaria,de animis beatorꝫ,& de eorꝫ quoq; corporibus,& de ipo deo multiplr̃.nam ut subtilitatē naturæ indicat,cōmune est tribus psonis,auctore Thoma,atq; in ui duarꝫ dictionū tribus etiā num psonis cōmune.In vnius aūt ui,pprium est tertiæ psonæ nomen,ex vsu eccl'e,qua damnati Arrius & Macedonius,q spūm sctm̄ & creaturā esse,& patre filioq; minorē asseuerarūt.¶Amborꝫ nexus.dicit̃ a theologis amor,& nexus,& summi amoris inter patrē & filiū copula,utriq; em̄ spirāt spm̄ sctm̄,& spiritu sancto se diligūt,quod quomodo intelligi debeat(nam & Augustini,& aliorꝫ sunt opiniones diuersæ)potes a Thoma p̄cellētissimo doceri,maxime in prima pte theologicæ summæ,secūdo articulo q̄stionis trigesimæ septimæ,vbi decreuit hoc ipm diligere si notionabil'r(ut eius vtar v̄bo)summat̃ nihil aliud esse q̃ spirare amorē,patrēq; & filiū spiritu sancto,vel amore pcedente se & nos diligere.Ab eodem quoq; in primo cōmentario sententiarꝫ theologicarꝫ statutū est,patrē & filiū vniri spū sancto formal'r,q est nexus & vnio,& vinculū patris & filij ex modo suæ pcessionis.summi itaq; & æterni amoris est copula,indeq; omnis amor,q virtute p̄ditus est deriuat̃,nam multi sunt diuersiq; & aduersi amores,ut in sequētis hymni interpretamentis patebit.¶Te colo.ex cognitōe sequr adoratio,non solū via fidei,sed naturæ.sic &
Natura Simplicius fatet̃ Aristotelē coluisse deū,postq; eum cognouit,multiplici motu vestigatū.¶Te genitrix natura colit.Naturam aliq deum intellexere,alij vniuersi vim,quam eius animam dixere,alij omne id quod agit scd'm ppriæ naturę inclinatōem.nos hoc loco accipimus res oēs naturales quas sub vno nomine creatæ naturæ cōcludimus.inuitat̃ em̄ natura ipa vniuersū genus humanū ad vnum dei cultū,nam ex ordine,magnitudine,pulchritudine totius orbis creatorē ipius dep̄hendit̃,qua de re multa scribimus in libro de puidentia cōtra philosophastros.genitrix aūt dr̃ antiqua scribētiū consuetudine.¶Te pontus & aer.pontus a spū tractū
Pontus Aer. nomē eo q̄ ventis exagitet̃ πνέω græce spiro.aer item ab ἄω spiro,nam tracto & refuso aere,terrestria viuunt aīalia.explicamus aūt ipius corporeæ naturæ ptes insigniores exorsi a natura corporea,quoniā primo sub sensu cadit,atq; uti Aristoteles,& post eum Parisienses theologi statuunt,oīs nostra cognitio ortū habet a sensu,de ea loquit̃ q̄ p naturæ vestigia pcedit,tam & si apud Platonicos alia est naturalis cognitio innata,& prior sensili,quorꝫ opinio aliqbus antiqs theologis nō displicuit,q̄ res late a nobis tractat̃ in cōmentarijs librorꝫ Aristotelis de aīa,q̊s paulo añ noua animi ppēsione aggressi sum⁹,inter ptes aūt sensibilis natu-

ræ aqua,& aer media ſunt,terra & ignis extrema. ¶Nimio pondere.Imam ſedem ſortita,qm̃ quæ grauia ſunt,niſi impediant̃ & remorent̃ ſuapte natura,ꝓpinquã centro regionẽ petunt, quæ grauiſſima,imum centri iuſta ꝓportõe,terra itaq; oĩm elementoꝶ grauiſſima,multum eñ materiæ,parum formæ,poſſidet.imum locũ,hoc eſt totius orbis meditulliũ obtinuit.q̃ ni id loci poſſideret ſuę relicta naturæ,neceſſario moueret̃ & aſcenderet,qm̃ & reliq̃s elemẽtis circũdata & cœlo vndequaq; vallata ſi moueret̃,ad aliam vtiq; ſitus differentiã collocaret̃,&

Terra parẽs,citimo & feruẽs plaga ꝓxĩa cœlo
Errantes varijs te obſeruant ſedibus ignes.
Quorum ſydereæ deflectit lora choreæ
Flammiferi Solis non recto ſemita curſu,
Te colit octauæ ſphæræ creberrima lampas,
Et numerum ſeruat ſuperũ qui ſedibus orbis
Proximus & reliquos ſpacijs ingẽtibus ambit.

vni cœli cõuexo ꝓpinqua magis fieret,& quod eſt ſequens, aſcenderet. ¶Feruens plaga.ignis. ¶Proxima citimo cœlo. ꝓxima & contigua orbi lunæ citimo.nam citra alios oẽs nobis primus eſt,ſi fiat aſcenſus,vltimus ſi deſcendat̃. ¶Errantes ignes.ſeptem planetaꝶ orbes indicant̃.Errantes ṽo qm̃ planetæ a græcis.a latinis errones dicti,ut in hymno ſequẽti declarabit̃,ſuꝑ hoc ṽſu,Cui vario errones curſu cui ſydera parẽt.Ignes aũt more veteꝶ diximus,q a ſimilitudine ignes dixerũt,nec ſolũ poetæ,ſed multi philoſophoꝶ.Ariſtoteles vero nihil elemẽti in ipſis orbibus eſſe decreuit,ſed q̃nti corꝑis naturam,quæ elemẽta p̃celleret,& ſtellas eiuſdem eſſe naturæ cũ cœlo,ſed denſiores,& ob id exuberantiori lumine cõſpicuas. ¶Varijs ſedibus.qm̃ ſemꝑ varia ſui cœli indefeſſo motu pũcta indipiſcunt̃,dimentiunturq;, varia ſemꝑ ſpacia ſuꝑioris ambitus. ¶Quoꝶ ſydereæ deflectit lora choreæ.inter ſtellas,aſtra & ſydera q̃d ſit diſcriminis in cõmentarijs hymni ſequẽtis diſces.Mouent̃ planetarum ſphæræ ex aduerſo ſuꝑioris motus,q firmamentũ dr̃ a iunioribus.Solis ṽo motũ reliq̃ planetæ plurimũ ſequunt̃,& p̃ſertim inferiores,Veneris,Mercurij,Lunæ,q̃q; q̃ ſuꝑior,q inferior planeta non cõſtat,tot varię pugnanteſq; ſentẽtiæ ꝓdunt̃,ut in cõmento hymni ſequẽtis.receptũ aũt & vulgatũ,ſolem aſtroꝶ eſſe ducem,quod ab uſq; tp̃e Homeri(ni fallor)putabat̃,vñ ipſe in hymno in Apollinẽ,q & ſol dicebat̃,cecinit.reliquos deos illi ip̃i aſſurgere.deos autem aſtra illa errantia vetuſtas autumauit,ut ab alijs,& a nobis alias.ita autem Homerus μνησομαι ουδε λαθωμαι απολλωνος εκατοιο οντε θεοι κατα δωμα διος τρομεουσιν ιοντα καιρα καναισσουσιν επισχεδον ερχομενοιο παντες αφεδραων οτε φαιδιμα τοξα τιταινει. ¶Non recto curſu.ſol ꝑ obliquũ circulũ,q & zodiacus dr̃ ab animaliũ ſimulacris,q̃ ibi confinxit vetuſtas ꝓprio motu cum ſuo orbe rotat̃,raptat̃ aũt ab octauo in quo fixa ſunt ſydera.raptat̃ inq; ſingulis diebus ab oriente in occidentẽ,annuo tñ ſpatio ꝑmeat ſuo illo motu ſigna zodiaci,quos ordines a deo cõſtitutos,q̃a nunq; p̃tergrediunt̃ ſtellæ,ideo dicte deũ colere.q vero animatos orbes opinarent̃,eaꝶ animas dicerent deũ colere,& orbes flectere,quo flectendos ille p̃ciperet.Sed & q non credũt animatos cœlos,id ip̃m faterent̃,ea de cauſa qua & affirmant ab intelligentijs cœlũ moueri,nam tam & ſi intellectus illi animæ & formæ cœloꝶ non ſint,nihilominus extra controuerſiã aſſiſtunt orbibus,atq; in eis mouendis deo famulant̃.Fuit eñ antiqua controuerſia,eſſent ne orbes animalia,an rõne carerent,ſeu ab intelligentijs incorporeis mouerent̃.varia quoq; fuit opinio & lis,q̃d Ariſtoteles ſenſerit,ex noſtris Hieronymus in cõmentarijs in eccleſiaſten Solomonis,videt̃ opinionẽ de aĩa celoꝶ libẽtius amplecti,& inter iuniores theologos Petrus Aureoli eo maxime inclinauit.Thomas nullo pacto aĩatos eſſe voluit,ſic & alij nõ paꝶ multi. ¶Te colit octaue.octauus notatur orbis,in q̃bus innumerabiliũ eſt multitudo ſtellaꝶ non errantiũ,ſed hærentiũ & æquali ſemper ſpatio diſtantiũ,& qm̃ eoꝶ ꝑs numeroſa ſupra hemiſphæriũ noſtꝶ conſpicua eſt,ideo lampadaꝶ noĩe ſignificat̃.Planetaꝶ ṽo multi q̃nq; & ſemꝑ eoꝶ maximus Sol ſub finitorẽ nocte deliteſcit. ¶Superꝶ q ſedibus orbis ꝓximus.Antiq̃ores aſtronomi octauũ cœlũ,in quo fixæ ſtellæ corruſcant,ſupremũ oĩm opinabant̃.Nonus poſtea introductus dep̃henſo motu q octaui orbis motu aduerſabat̃.putarũt eñ nec ſine rõne,idem corpus ꝑ ſe ſuaq; natura cõtrarijs motibus moueri nõ debere,quare alium & ſuꝑiorẽ inuexerũt cœlũ,a quo noni mot⁹ orbis ita penderet,ut ab octaui cæli motu planetaꝶ motus deriuari comꝑtũ erat.dein tp̃e ꝓ

Planetæ

Sol

cedente, decimū nōnulli ſtatuerunt, repto motu aduerſo motui cœli noni. Itaq; veteres & noui Aſtrologi ſuꝑ numero orbiū aptiſſime diſſentiunt, quod Ioan. Picus patruus in nono aduerſus aſtrologos adnotauit, & nos cum alibi, tum qnto de rerꝫ ꝑnotōe. noſtri vero theologi & ꝑſertim Thomas, ſupra ſydereū cœlū, q & octauus in ordine ponit, ſi aſcendamus aqueū, q & cryſtallinus dr̄, & nonus, & empyreū, q & decimus habet, quē & corporea quoq; eſſe natura & materiā habere voluit, & ſine motu influere, ſtatuerūt. ¶ Extimus. nunc mentio fit ſpiritalis naturæ & incorporeæ illius, quæ deo ſemꝑ pia volūtate famulat. Tres aūt hierarchiæ a Dionyſio Areopagita referunt. quarꝫ quæq; tres habet choros, & qlibet chorꝰ tribus ordinibꝫ abſoluit. in prio ſeraphini, cherubini & throni. In ſecūdo dn̄atōes, virtutes

> Extimus incenſo te ſpiritus igneus ore.
> Ardet in exhauſta ſummi dulcedine amoris,
> Et ſemꝑ ſaturo ſemꝑ fœlicior ore.
> Te quoq; concipiunt cherubini, & lucida ſedes
> Suſcepit iuſta & de maieſtate pependit.

& poteſtates. In tertio, principatus, archangeli & angeli, quorꝫ noīa in ſacris quoq; literis, ſed ſparſim conſpicies. in Eſaia Seraphini. In Ezechiele Cherubini. In epiſtola Pauli ad Col. Throni. In ea q̄ ad Epheſios Dominationū, Virtutū, & Poteſtatū, & Principatuū. In ep̄la Iudæ Archangeli & Angeli vbiq;, vt ea q̄ in lege ſunt poſita ꝑteream. Rettulit aūt hūc eorū ordinē ip̄e Dionyſius edoctus a Paulo Apoſtolo & alijs. Ipſe em̄ Dionyſius, ꝗꝗ Paulū magiſtrū fatet, Hierotheo tn̄ poſtea vſus eſt ꝑceptore. & varias qn̄q; opiniones de diuinis citauit. tanta autē tamq; ſuꝑeminenti locutōe Dionyſius hæc ꝓtulit, ut ſexto cœleſtis ip̄ius Hierarchiæ capite ꝓnunciauerit, eos ip̄os angelicos ſpūs neſcire quales eorū ſint ornatus, & qūo ip̄æ Hierarchiæ ꝑficerent, eumq; ſecutus Hugo cōmentator idem aſſeruit. tam & ſi Magnus Albertus ſeptem aduerſus hanc ſententiā argumēta ꝓferens, eademq; diſſoluens affirmarit, non ꝑfecte qdem quæ ad ſe ꝑtinerent ſpiritales ſubſtantias noſſe, quæ ſoli deo ꝑſpiciunt, ſed imꝑfectæ ſuæq; naturæ cōgruēter & conſentanee ꝑcipe. verū oꝑa Dionyſij iam vſq; a primordio creſcentis ecclesiæ occultata fuere ab hæreticis, adeo ut ſæculis multis euanida ꝓrſus crederent. quod philoſophus Conſtantinus q ea oīa memoriter tenebat, q̄rit, exiſtimās omnes hæreſes q̄ ab initio vexarūt eccl̄am libris Dionyſij, citius infringi & labefactari potuiſſe, ut alias meminimus in opuſculo quo librum Ioan. pici patrui de vno & ente defendimus. neq; ei veterem vllum theologū reperies, q Dionyſij ſentētias citet, aut libros enumeret, adeo ut eos legiſſe dep̄hendant. Martinus pontifex hoīem plurimū extulit, & Agatho & Gregorius q ſemel nō nihil affert Dionyſij, ſed fama forte nō libris excerptū, nā & ip̄e de angelorū ordine euariat a Dionyſiacis dogmatis. qn̄quidē principatū inter Dn̄atōes & poteſtates collocat, Virtutes vero inter poteſtates & Archangelos repoſitas voluit. ſed & poſtq; Dionyſij monumenta reꝑta (id aūt euenit Charoli regis tempeſtate, qua & Ioan. Scotus, non q ex Minorū ordine multis poſterior ſæculis, ſed monachus e græco illa vertit in latinū, & Anaſtaſius Bibliothecæ ꝑfectus ſcolia maximi monachi, & Ioan, Scythopolitani epiſcopi ſuꝑaddit) Guilielmus Ocham de actibus Hierarchicis ab eo diſſenſit. Thomas vero ꝑ alijs maxime Dionyſiū ſecutus eſt, a quo de ipſis angelorꝫ ordinibꝫ, poteſtatibꝫ officijs, copioſiſſime potes erudiri. neq; em̄ hoc loco receſeri oīa & ꝑſertim q̄ notiſſima cōuenit, deo aūt ꝓximi in prima hierarchia, ſeraphini, cherubini, & throni, Seraphini prīo explicant, extimi ei ſunt. i. extra oēs angelicos ſpūs. ¶ Incēſo ore. nomen ip̄m ſaraph. noſtra lingua interp̄tamur incēdiū, & pingunt a noſtris (ꝗꝗ ſpūs pingi ꝓprie neq̄ant) vultu rubro, q̄propter ore ip̄os incēſo canimus, & igneū ſpm̄ dicimus, ſingulari ꝓ plurali numero vſi, nā in vnoquoq; ordine eſt magna ſpirituū multitudo, ſpē diſtinctorū, ut Thomæ decretū. ¶ Ardet. amāt em̄ eximie deū Seraphini, tā & ſi oēs amāt oīm hierarchiarꝫ ſpūs. ¶ Et ſꝑ ſaturo. ſꝑ em̄ ſatur, qa btūs & fœlix, ſed & ſꝑ fœlicior, qa tātū cōſeqtur ꝗtū optat. dici aūt fœlicior poſſe videt, qm̄ angelici ſpūs illuminari dicunt purgari & ꝑfici, qua de re multa Dionyſius, & poſt eū Thomas inter iuniores theologos ꝑcellēter diſſeruit. poſſuntq; angelis multa a deo manifeſtari, ut accn̄tale gaudiū ꝑtereā, de q̊ hymno ſequēti aget. ¶ Cherubini ſecūdus chorus primæ hierarchiæ cherubinorꝫ eſt, in qbus excellit ſcīa, & deo cōtemplādo inhęrēt. ideo dictū cherubinos deū cōcipe intelligēdo, nō tn̄ abſolute, integreq;, nā infinitus eſt deus, & a ſeip̄o tm̄ plene cōcipi & comp̄hēdi pt. ¶ Et lucida ſedes. Throni q &

Dionyſij libri.

ſedes latine tercij chori.primę hierarchiæ ſpūs ſunt,In eiſq; ſe timere deum iudicij firmitate a nōnullis ſcribiť. vn̄ & pendere a iuſtis dei iudicijs dicunť.& Gregorius voluit Thronos dici eos,ꝑ quos deus ſua iudicia exercet.ad primā hierarchiā cōſideratio finis ꝑtinet.Ad ſecūdam eoꝝ quæ agi debeant diſpoſitio,ad tertiam operis executio,quod late a Thoma cum in prima ꝑte theologicæ ſummæ,tum in tertio cōtra gentes,tum in compēdio theologiæ declaratum.¶Hinc dominus virtus in hierarchia chorus eſt ſpirituū,q̄bus nomē dominationū in-

Hinc dominus, virtus atq; hic tremit alta ptās,
Principis inde chorus cælſo tibi paret olympo.
Quiq; regunt orbem, nec nō q̄bus īſima tellus
Flectiť, Angelicæ ſeruāt tua iuſſa cateruæ.
Te dominū, regem, moderatoremq; fatenť
Omnia, te ſummis affectant viribus omnes
Cœlicolæ, affectant terreſtres, tartara nomen

ditum eſt,q̄ & deo ſubſtare dicunť,non q̄ alij non ſubſtent,ſed ut & dn̄i ſubditiq; noīm repugnātia,maieſtas dei clarius comp̄hendať,cui.ſ.dn̄i ſubijcianť dictum eſt,dn̄s & virtus ſingulariter,ṽtutes & dominationes angelicas innuendo,ꝑ illas(ut Gregorius credidit)& miraculoꝝ ṽtutes fiunt & eis cętera agmina ad obediēdū ſubiecta ſūt,ut nōnulli dixere atq;.¶Hinc tremit alta ptās,ptātes tremere ſubdidim⁹,nā & alia poteſtatē dicūť tremeř.ipę vero poteſtates deū tremūt.quod & in ip̄a p̄fatione caniť ab eccleſiæ ſacerdotibus.adorāt dominatōes,tremūt poteſtates,q̄bus(ut Gregorius voluit)aduerſæ poteſtates arcenť vel repellunť.¶Principis atq; chorus.principatuū chorus in tertia hierarchia repoſitus eſt,q̄ & ſeruiūt deo,cum tamē principibus alij ſupplices deſeruiant,& q̄ ſubſidunt archāgeli in tertia hierarchia ſcd'm chori ordinē tenent,cui exequendæ diuinæ volūtatis officiū incūbit(uti diximus) angeli vero vltima poſſidēt,q̄ auctore Grægorio,nunciant infima,ſicut archangeli ſumma & principatus bonis ſpiritibus p̄ſunt.Gentes aūt quoquomō a ꝓphetis pleraq; de angelorū erga nos cura,& de gubernatōe regnoꝝ didicerūt,ſed ꝑuerterunt.Hinc apud Platonicos leges ſpūs quos deos locales putabāt,ipi vrbib⁹ et regnis p̄poſitos,quoꝝ quoq; meminit ſub eiſdem noībus Ariſtoteles,ut Alexandrinus Clemēs,& Iſidorus antiq̄or teſtati ſunt.a Iamblico vero vti archangeloꝝ & angeloꝝ,ita alioꝝ quorūdam ordinū quos citauimus,mentio facta eſt.Cæteꝝ miratus ſum,cū.ſ.Thom̄.tertiæ hierarchiæ choros opis executiōi demandatos affirmarit in prima ꝑte,& in tertio cōtra gentes.mox ṽtutum ordinē ſupremū eoꝝ eſſe,q̄ mittunť ad exequenda miniſteria,in eodem contra gētes libro,& ſecūdo ſniaꝝ cōmentario dixerit.& in eodē tertio cōtra gentes,& in quarto ſniaꝝ mouere orbes decreuerit ṽtutum ordinē.cum tn̄ medius ſit chorus ſecūdę hierarchiæ,& Dionyſij & ipiuſmet auctoritate,quā ſecūdam hierarchiā nō executōi,ſed vniuerſæ diſpoſitōi itentā affirmauit.Cui dubitatōi intacte(ut mihi videť)a Thomæ ſectatoribus,quo pacto ſatiſfieri poſſit nō video,niſi dixerimus ṽtutū ordinē ab eo interdū ſumi ꝑ angelis vltimæ hierarchiæ,auctoritate Dionyſij,qui docet vti angeloꝝ nomē.ita & cœleſtiū ṽtutum nomen cœleſtibus ſpiritibus eſſe cōe,quoniam manifeſtant diuinas illuminatōes.ſed nō nihil ſcrupuli reſtare adhuc videreť.q̄m mentōem fecit ordinis ṽtutū,q̄ noīe viderenť ip̄e ṽtutes ab alioꝝ choris.ordibuſq; diſtingui,q̄ propter addendū dixiſſe eundem Thomā in prima quoq; ſummæ ꝑte.& in ſecundo ſniaꝝ,quinq; ordinibus inferioribus cōuenire ut mittanť.q̄nto aūt in ordine ṽtutes reponuntur. ¶Quiq; regunt orbem.archangeli notanť,q̄ ſecundo ordine p̄ſunt terreſtribus imperijs gubernādis.vn̄ illud princeps Perſaꝝ in Daniele ꝓpheta,& Michael archangelus.q̄ curabat hebræos.ſuntq; ipi,quaſi principes angeloꝝ.q̄ priuat⁊ curāt,& ſingulis hoībus regendis ab ortu vniuſcuiuſq; tribuunť.ut Hieronymus,Thomas.& alij decernūt.moti potiſſimū euāgelica illa dn̄i ſentētia.angeli eorum ſemꝑ vident faciem patris mei,q̄ in cœlis eſt.¶Omnia.q̄ diximus te deū & regem vniuerſi teſtanť.nam quæ mente pollent,id fatenť apte.q̄ in anima ſunt ꝓprijs motibus & ordine,quē nō p̄tereunt idip̄m apte confirmant.¶Affectant cœlicolæ.qui mente p̄diti & te beati ſunt.¶Affectant terreſtres.utpote quo & ipi beanť hoīes rōne p̄diti,affectant & terreſtres res inanimæ,idq; Ariſtoteles fateť in primo ad Nicomachū libro ſcribēs,recte eſſe definitū bonum,quod appeteret omnia,quo loco peripateticis q̄buſdā græcis placuit ꝑ bonū,deū omniū primū ſignificari,atq; idip̄m cēſuit Alexander Aphrodiſæus in cō

Bonum

mentarĳs primæ philosophiæ. ¶ Tartara nomen. ꝑ tartara malignos spūs, intelligimus detractos, ut Petrus inqt apl'us, in tartarꝝ, quo uocabulo ut poetas taceam, & Plato & Aristoteles vsi sunt, qua de re in interꝑtamentis hymni sequētis, multa cōspicies, dęmones itaq; nomē formidāt. ¶ Et celeri fuga mandata capessunt. cum a corꝑibus maxime obsessis diuina ꝟtute pellunt̃. ¶ Dic mihi sacratis. solebāt antiq vates inuocare ea q̃ ipi pútabant numina, nō modo in initĳs opm, sed & cum grande aliqd, aut nouum essent narraturi, tum ut ostenderent

Formidant, celeriq; fuga mandata capessunt.
Dic mihi sacratis radiatus tempora Moses
Cornibus, vnde vni famulat̃ & infimus orbis
Et summus? (tibi nāq; patet) quē fumida nubes
Conclusit, postq; turba comitante fideli
Disĳciens virga fluctus rubri æquoris altos,
Duxisti solido vestigia sicca, ꝓfundo,
Inde per arentes arabum tentoria campos

quę admirabilia erant se ꝓmere sine superꝝ ope nō posse, tū ut auditorē, lectorēve carminis attentū redderēt, hauriendę rei vel nouæ vel ingenti. Nos aūt ꝓpterea Mosem citamus, q; de mundi genesi dicturi ab ipso edocemur, q eam diuina reuelatiōe literaꝝ monumētis commendauit. ipm vero Genesim duplici causa ꝓtulim⁹, nā deo vno & trino hymnū canenti, admirabilia eius opera ducenda sunt in medium, quibus in ipsius veri dei laudem excitamur, parte alia cum supra dixerimus, omnia deum pro modo naturæ suæ, & colere & venerari, causam subinde nexuisse videbimur, cum effectus oēs causam eoꝝ & principiū uel inuiti fateant̃. In ipsa vero Genesi describenda ordinē a Mose traditū seqmur. In cōmētandis vero carminibus si omnia vel plurima quæ Græci & Latini & Hebræi theologi, aut q̃ Ioannes Patruus ex se prompsit, afferre vellemus, in immensum volumen excresceret, & suꝑfluo q̃q; laborarem⁹ qm̄ ex te postea ipoꝝ libros adire poteris. Delibabimus ea quæ & huic loco & ætati cōuenire videbunt̃ tuæ. ¶ Radiatus tempa cornibus. qm̄ ut a sacris literis habet̃, ex vultus splendore diuina cōtemplatōe contracto, cū in montem secessit, ad deū splendebat eius facies, & postea ex radĳs ꝓmi cornua videbant̃, vnde & velata facie loquebat̃ ad populū, quod mysterio q̃q; non caruit, eo em̄ significabat̃ ꝟboꝝ eius ꝓfundiorē haberi intelligentiā qua vulgus non polleret, velataq; illis esse & vmbris obtecta secretiora mysteria, quæ postea Christus & apo-
Mūdus stoli reuelarūt. ¶ Infimus orbis & summus. mūdum inferiorē & suꝑiorem intelligimus, hoc ē spiritalē & corꝑalem. Varie aūt & mūdus & cœlum & orbis sumi solet, interdū orbem ꝓ tota machina oculis exposita nōnulli accipiūt. interdū ꝓ orbe terraꝝ, sed & vnūquodq; cœlū
Cœlum. orbem nomināt a figura, ita & mūdum ab ornatu dictū partiunt̃, extenduntq; nomen ad omne muliebre ornamentū, vnde & muliebris mūdus apud Pliniū & alios. cœlū quoq; modo extimū illum quod omnia complectit̃ dici volūt, modo octauā spherā eius nomine dignant̃, modo & planetaꝝ orbibus id nominis tribuunt, modo aeri. quēadmodū antiqs nōnullis græcis visum, q plures mūdos statuere. Latinis aūt aerem cœli nomine significare sæpenumero placuit. q̃ de re Plinius disseruit. obseruauimusq; ipi apud multos Romanę linguę auctores, & in sequētis hymni cōmentarĳs aliqua ꝓferemus. ¶ Quem fumida nubes. dum ei montē Syne in Arabia cōscensurus esset Moses, ad legem accipiendā, discessit a populo, qui postea vidit fumantē montē & densissima nube cooꝑtum, & coruscatōes, & quæ narrant̃ decimonono & .xx. capite Exodi. In .xx. quoq; scribit̃, stetitq; populus de longe, Moses aūt accessit ad caliginē, in qua erat deus, quod eo etiā spectat, ut mosaicæ legis velamenta & obūbratū literæ corticē indicet. reuelatū vero postq; idem Moses Christo astitit cū Helia in monte ꝑcelso, vbi in euāgelio scribit̃, & nubes lucida obumbrauit eos. ¶ Postq; turba comitāte. nam legem accepit post transitū maris rubri. de quo plura in hymni sequētis enarratōne dicturi sumus. ¶ Per arentes Arabū campos. post trāsmissum diuino miraculo rubrū mare, morat⁹ est diu Moses in desertis Arabiæ, de qua regione & qbus nominibus appellet̃, & quo pacto scribi debeat, abūde lecturus es in sequētis hymni cōmentario, quo oīa libentius cōgessimus, q̃ ad humanitatis studia ꝑtinent. locus em̄ & spatĳ maioris & magis idoneus eiusmodi disciplinæ. quare si qua & hic & ibi tractari possent, ibi refundēda seruauimus. & maxime quæ ad cosmographiā ꝑtinent. qm̄ agit̃ inter alia eo in hymno de peregrinatōnibus Apostoloꝝ, &

de ꝓuinciꝭs diuersis,quas in euāgeliꝭ ꝑdicatōe sortiti sunt,& pariter astrologoꝝ deliramenta refellunt,ꝗbus asseuerabāt diuersos planetas diuersis regionibus impitare.¶ Aerio ꝟtice Synæ. Synai
Succinimus ecclesię pꝛcibus illis,deus ꝗ dedisti legem Mosi in summitate mōtis Synai,ꝙd sumptū est ex decimonono Exodi capite,quo scribit.descenditq; dñs supra montē Synai in ipo montis ꝟtice,& vocauit Mosem in cacumen eius.Syna aūt mons in Arabia,cōiunctus ei ꝗ est Hierusalem,ut inquit Apl's in cap.iiij.epistolæ ad Galathas.quo in loco putarūt aliq

Liquisti aerio considens vertice Synæ,
Colloquioq; fruens metuēdi principis,illo
Contentus gustu ieiunia longa tulisti,
Et Christo assidens ꝑcelsi montis amæno
Vertice de liquida potas mysteria nube.
Principio omnipotens cœlū terrāq; creauit,

nō ita accipiendū sensum,ut ꝟba sonant.sed ad intellectus mysticos recurrēdū esse.qñq; dē itinere viginti dieꝝ Hierosolymæ a monte ipo Arabiæ distarent.Nihil ut arbitror recordati Tauꝝ mōtē mlt'o maiori extēdi tractu si cosmographis stat̄,nec aduertētes si eiusmodi auctores nō legerūt,Apeninū montē paucioribꝫ diebus mēsurari nō posse.ꝗre(ut mihi videt̄)Athanasius & Thomas rectius Apl'i ꝟba declarauere,Synai montē Arabię Hierosolymis cōiunctum vicinū & contiguū decernentes.is aūt ipe mons noīe Agar lingua Arabum significat̄,auctore Athanasio.¶ Ieiunia longa.qm̄ quadraginta diebus a cibo & potu abstinuisse dicit̄.¶ Præcelsi montis.qm̄ vt in.xvij.capite euangeliꝭ Mathæi scribit̄.Assumpsit Iesus Petꝝ,Iacobū & Ioannē fratrē eius,& duxit illos in montē excelsum seorsum,& transfiguratus est añ eos,& resplenduit facies eius sicut sol.vestimēta aūt eꝰ facta sunt alba sicut nix.& ecce apparuerūt illis Moses & Helias,cū eo loquētes.¶ Amæno,suaui cōtemplatōis dulcedine,vnde & in eodē euangelio subdit̄,dixisse Petꝝ.Domine bonū est nos hic esse,faciamus hic tria tabernacula,tibi vnū,Mosi vnū,& Heliæ vnū.¶ De lucida nube.nam & eodem loco subnectit̄,nubem lucidam illos obumbrasse.¶ Potas mysteria.qm̄ cum Christo locutus est,quēadmodū & Helias.¶ Principio omnipotens.nunc & reꝝ creatio canit̄,& dies ipi in ꝗbus condita vniuersa referunt̄.ita Moses sacræ Genesis libꝝ exorsus.In principio creauit deus cœlum & terram.ꝑ principium vero & tēpis & reꝝ ꝓductōis initiū sumit̄,& secūda ꝙq; trinitatis ꝑsona,nam & in euangelio dixit eadem.ego principiū ꝗ & loquor vobis,qua Mosis sententia hæreticoꝝ quorūdam error explodit̄,ꝗbus affirmabat̄ ea quæ vident̄ a malo dæmone principiū habuisse,errorēq; ipm fulcire ipi conati sunt auctoritate Pauli Apl'i,ꝗ in secūda ad Corinthios epl'a scripserit.Deus huius sæculi excæcauit mentes infideliū,nō aduertentes malū dæmonē dici ab Apl'o,eo modo deum eoꝝ esse,ꝗ deo posthabito illi adhærēt,& seruiūt,quo modo ad Philippenses de iꝭs ꝗ corporeis voluptatibus dediti,hæc ꝟba ꝓnunciauit.quoꝝ deus vēter est,iꝭq; ipi conuinci auctoritate Psalmographi possunt,apud quem scribit̄ de deo,ꝙ fecit cœlū & terram.mare & oīa quæ in eis sunt,sed & indubia quoq; rōne cuius & meminit Thomas,refelli possunt.nā quarūcunq; reꝝ diuersaꝝ,quæ inter se conueniunt,vniūturq;,vnionis causam aliquam esse necesse est,alioqn sꝑ diuersa,nec vnq̄ ad vnū coeuntia.Hoc aūt quod dicimus esse & existere,in ꝗbuscunq; rebus etiam diuersis dissepatis,atq; aduersis inuenit̄,quo fit & extra oēm controuersiam colligit̄,vt res ipe sint ab vna causa pendere,quæ illis hoc ipm quod dicimus esse impꝛtiat.Hanc aūt causam primā,rerumq; omnium principiū appellamus deum,ꝗ bonitate sua infinita ex nihilo creauit vniuersum,atq; ita Plato etiam affirmauit.quod & al's subsignauimus,quærens em̄ a se,cur deus mūdum cōdidisset,sibiꝭpsi responsum dedit,qm̄ bonus erat.quam sentētiam fortassis a Solomone desumpsit,affirmante deum vniuersa ꝓpter seipm operatū esse.Vt hinc etiam reuinci queant,ꝗ asseruerunt corporeā naturā hoc ipm quod esse dicimus,sortitā esse in pœnam spiritalis naturę,quæ peccauerūt,nam Moses bonū in causa esse ut crearent̄,asseruit.nō aūt casus ut illos ipos cōsequenter fateri oporteret,si ꝑstare in dictis vellent,hac item Mosis assertione confutant̄,iꝭ ꝗ contenderūt ea q̄ inferiora sunt,creasse secundas causas,nō primā,sed ab ea ordine quodā cætera deriuata,eam vero difficultatem an creare solius dei munus est,mittimus ad ꝑsens,q̄niam cum aliꝭ,tum ipi tractauimus in opere de rerum ꝑnotōe.ꝑ cœlum aūt empyreum intelligi debere Strabus voluit,quem affirmauit statim angelis esse repletum,quod & Beda putauit,magnus vterq; cœli illius assertor,cuius etiam meminerat Basilius in libro exahemeron.

ſub nomine domicilíj extra mũdanæ lucis,eũdemq; nõ ab ardore,ſed a ſplendore appellari
Thomas decreuit,eũdẽ cœlũ decimũ eſſe,aſſeruit Iſaacus phũs,& mathematicus Abraam,
ꝑ cœlum vero naturam ſpiritalem accipi debere putauit Auguſtinus,& ꝑ terram primã ma
teriam,vnde omnia corpora ſublunaria extra controuerſiã ducunt̃.Damaſceno placuit cœ
lo ſignificari nonũ orbem,ſic varíj varie Moſem expoſuerũt,ad vnam oẽs ſacri contextus
indubiã veritatẽ reſpiciẽtes.ſed & Chryſoſtomus ꝑpoſuiſſe Moſem voluit,ꝑ illa v̾ba,In pri
cipio creauit deus cœlũ & ter-
rã,totius conditæ naturę ſum
mam,quam poſtea ſub diſtin
ctis dieb⁹ explicauerit.Augu-
ſtinus omnia opa quæ ſex die

At terræ facies deformis,ſqualIida,opaca,
Atq; ſup vaſtũ volitabat ſpiritus æquor,

bus ꝑticulatim Moſes exequit̃,ſimul condita voluit,referens diuerſos dies ad angelos.q res
ipas,& in deo,& in ꝓpria intelligentia,ꝑceperint.Alíj ordine qdã & ſucceſſu,condita vniuer
ſa cõfirmant.ꝙꝙ ut relatũ ſupra,maluerit Chryſoſtomus Moſem in primis totius rei capita
vno veluti pũcto collecta,ſub oculos legentiũ appoſuiſſe.diximus de antiqs.Non ꝑteribi
mus aũt.Io.Picum patruũ,q ꝑter ea quæ añ ſcripſerũt alíj ſeptem vnicuiq; diei nouas expoſi
tiones attulit,& de mũdo qdem corruptibili diſſerens,ꝑ cœlũ & terrã trãſmutantẽ ſiue agen-
tem cauſam & materialẽ intellexit,adſtipulãtibus ſtoicis & Varrone.de cœleſti v̾o mũdo cõ-
ſequẽti ordine diſputans,ꝑ cœlũ primũ illum & extimũ,cui nomen empyreo fecere,dedit in-
telligendũ,per terrã octo poſtremas ſphæras intelligi docuit Pythagoreis,Platonicis,Peripa
teticis,& ſuo ipe ingenio fretus,vbi v̾o ad angelicũ mũdum aſcendit,terræ loco eſſentiã an-
geli,cœli v̾o appellatõe eius actum eſſentiæ ſummũ,dum longe ꝑfatõe monuit.poſtea vero
ad hominis naturã declarandã cõuerſus,cœli nomine ſubindicari animũ,Platone,Plotino,
& Ariſtotele nixus affirmauit,terræ v̾o appellatõe,corpus humanũ ex terrea,grauiq; ſubſtã
tia,ſub oculos mentis poni monſtrauit,qntæ & ſextæ expoſitõis locos non attingimus,qm̃
in altera de mundis ipſis diuiſim egit & ordine conſequẽti,adeo ut de oibus diſputarit.In alte-
ra de eoꝝ inter ſe mundoꝝ cognatõne.In ſeptima v̾o de fœlicitate diſſeruit,& nomine cœli,
Terra — angelos,terræ homines intellexit,qm̃ angeli cœlũ,nos terram inhabitamus.¶At terræ faci-
es.In Geneſi habet̃,terrã fuiſſe inanẽ & vacuam,vel ut qdam trãſtulere,inuiſibilẽ & incõpoſi-
tam,nos deformẽ diximus,ſignãtes vacuã,ſqualIidãq; eam loco incompoſitæ,& opacam lo
co inuiſibilis cecinimus,nam nec lux adhuc ꝓducta fuerat,ſignificari aũt illis ipis Moſeos ver
bis,varia dixerũt interꝑtes.ꝑ terrã itaq; nõnulli ipm elementũ exprimi voluerunt,quod nec
adhuc formã ſuſcepiſſet.Auguſtinus primã materiã indicari voluit,informẽ,non qdem vt
omnino ſine forma conſiſteret,ſed ut informe illud referret̃ ad ipam materiæ naturã,q̃ ex ſe
nullã habet fomã,& hanc origine dũtaxat ꝑcedit,non aũt tꝑe,origine inquam quo pacto &
poteſtatẽ actu,& ꝑtes toto priores affirmamus.Ita Thomas Auguſtini ſenſum interꝑtat̃,ab-
ſurdum putans,& omni ex ꝑte abhorrens a vero,ut añ formã ꝑ aliquod tempꝑis ſpaciũ ma-
teria fuerit,aut eſſe poſſit.Scotus aũt aduerſat̃.ſed quo Thomæ rõem effugiat,optima conne
xione deducentis eos,q contra ſentiũt,fateri oportere,ut id quod eſt actu.ſine actu ſit,multi-
fariam ſummi actum poſſe decreuit,& actũ quendã cõmentus eſt,quo pollere materia poſſit
ex ſeſe,eamq; ꝓpterea ſicuti entis appellatõem non effugit,ita actus ꝓrſus non effugere,illud
ꝓ conſtanti affirmans.omne quod prius eſt ꝑ ſe poſſe exiſtere,& ab eo remoueri,quod illi ad
uenit,Sectatoribus aũt Thomę id negãdũ eſt,in his q̃ origine dumtaxat & natura ꝑeunt,hoc
eſt ꝙꝙ cõiuncta ꝑpetuo,naturaliq; nexu habeant̃,ſeꝑare tñ alteꝝ ab altero mens poteſt,ad-
uertens aliã naturã ab alia diuerſam,& illi ſuppoſitã,quę tñ indiuiduę & inſeꝑabiles re ipa ſint
ſed ꝓ Auguſtini opinione hæc ſint ſatis ad ꝑſens.ex græcis Baſilio,& Ioanni Chryſoſtomo,
ex latinis,Ambroſio,terræ noíe ſignari placuit materiã,eamq; tempꝑe formã ꝑceſſiſſe decer-
nunt.veꝝ vt Thomas voluit formã,non ꝓ eo quod rem ipam in ſua ſubſtantia cõſtituit,ſed
ꝓ decore,pulchritudineq; ſumpſerũt,nam prius & lucis indiga.vnde ſcriptũ in ſacra Geneſi.
tenebras fuiſſe ſup faciem abyſſi & aquis opta.vnde pariter ſcriptũ eam inanem fuiſſe,ſiue in
uiſibilẽ.erat & ſine plãtis,fructicib⁹ & herbis,vñ & ſcriptũ quoq; legimus,fuiſſe vacuã & incõ
poſitam,q̃ omnia poſſunt ad ornatũ referri.¶Atq; ſpũs ſup volitabat.In Moſe habet̃.& ſpi
ritus domini ferebat̃ ſup aquas.Effren Syrus incubabat trãſtulit,hoc eſt ſpũs domini,& Ra-
bi Moſes,& antea Plato intelligi aerem,q & ſpũs dr̃ voluere.ſenſus tñ ꝓphete eſt,ut docet di-

uinus Thomas,ſpm̃ ſctm̃ aquis ſupferri inſtar artificis mentis,quæ operi formando ſuꝑfert, ꝑ aquã vero ſignificari quoq; materiã primã.& Auguſtinus,& Thomas putauere.nam nec ignis,nec aeris meminit,vulgo locutus,qbus magis notum,aquã & terrã corpora eſſe,q̃ ignem & aerẽ,q̃;q̃ ut diximus,aerẽ Plato ſub nomine ſpũs intellexit.Idem quoq; cœli appellatõe ſignificatũ ignẽ autumauit,eundẽq; ꝑ tenebras exprimi Rabbi Moſes accepit.non p̃tereũdum aũt & vſum fuiſſe Auſoniũ hac dictõe nõ litare,vt carmine illud ſupferri exprimeret,canens in orõne matutina,Qui ſup æquoreas volitabat ſpũs vndas.

Vtq; diem voluit noctis pulſare tenebras,
Momento emicuit præclaræ copia lucis.
Hinc & aquas cœlo ſuperas diſcreuit ab imis,
Quis vna adſtrictis cõſpecta eſt arida tellus,
Quæ frutices,plantas,virgulta emiſit,& almo
Semine deprõpſit florẽ,& de murice fructus.
Mox cœlo oĩpotens,quæ lucida ſydera noctem
Secernunt luci,quæ tempa ſæcula motu
Conficiunt,vicibuſq; diem noctiſq; tenebras
Illuſtrant ſupero actutũ confixit in orbe.

¶Vtq; diẽ voluit.ſcriptũ em̃ ab eodẽ ꝓpheta Moſe dixiſſe deũ,fiat lux,& facta eſt lux,eamq; a tenebris diuiſiſſe,& ita factũ eſſe diẽ vnũ.Auguſtinus ꝑ lucẽ intellexit formationem ſpiritalis naturæ,quam cœli noĩe ſignificatã putauit,ſed informẽ.Baſilius ꝟo & Ioan.Chryſoſtomus,qbus placuit de corporea natura mentõem a Moſe factã,de formatõe eiuſdẽ naturæ intelligenda ip̃a Moſis ꝟba voluerũt.vt ꝑ lucem id quod erat tenebrarum informe,formaret.Picus Patruus in prima expoſitõne,de corruptibili mũdo vti cœlum & terrã agentẽ & materialẽ cauſam,ita & tenebras quas fuiſſe ſuꝑ faciem abyſſi Moſes affirmat.priuatõem materiæ annexam interp̃tatus eſt,& aquæ loco accidentes materiæ qualitates & affectões indicari docuit,& ſpiritu dñi,vim efficientis cauſæ ſubſignauit,cuius actõe oriat̃ lux.i.formæ ſpẽs & decor,atq; ita fieri diem vnũ voce dei imperantis,quoniã(ut inqt)nihil agũt naturales cauſæ,quod non diuinæ artis ordo p̃ceperit.In ſecunda ꝟo,quã de mũdo cœleſti vocauit enarratõe,vti octo ſphæras terrã appellauit,ita inanem eam & vacuã,luce nondũ illis ab empyreo cœlo ꝓpagata,p̃nunciauit,abyſſum interp̃tans tam vaſtã tot orbiũ altitudinẽ,a cuius facie tenebras empyreus orbis expulerit,ꝑ aquas ꝟo criſtallinũ,quẽ vocãt nonũ orbem,ſignificauit.cui ſpũs dñi.i.ſpiritalis olympus ſedes ſpirituũ dñi,vel ferebat̃,vel incubabat,fouens eum,& abũdantẽ adeo lucem largiens,ut inde in reliquos orbes ꝓpagaret̃,quo fieri diem vnũ docuit,qa fœderarent̃ primis inferiores cœli,beneficio ſupnæ lucis.Ad angelos ꝟo ꝟba ip̃a relata,in hũc modũ expoſuit,ut ſicuti eoꝝ eſſentiam & actũ eſſentiæ ꝑ cœlũ & terram accepit,ita ꝑ abyſſum intellectualẽ ꝓprietatẽ,ꝑ ſpm̃ domini ſpm̃ amoris,ꝑ lucem ſpẽs intelligibiles,ignorantię tenebris oppoſitas,moneat intelligẽdũ.Poſtea de hoĩe differens,cuius corpus terrã vocauit,cuius animũ cœli nuncupatiõe dignatus eſt.¶Lucis.i.ſpiritalis corpuſculi beneficio fieri docuit,ut ex corꝑis nocturna,& matutina animi natura,vnus ſit homo,ſpiritalis inq; corpuſculi,quod a philoſophis & medicis nũcupat̃ ſpũs,natura(ut Ariſtoteles voluit)diuiniore,q̃ elemẽta & cœlo ꝓportõe reſpondẽs,q q; medicis,philoſophiſq; conſentiẽtibus,ſubſtantia eſt maxime lucida,nec vlla re alia magis q̃ luce fouet̃,& recreat̃.ꝑ aquas aũt ſignificatũ voluit intellectũ hoĩs,maxime ꝑuiũ,ſupnæ illuminatõi diuini ſpũs,q ſuꝑ eis fert̃,de quo qdem ſpũ illuſtrante,multa differuit,& ip̃i quoq; in cõmentarijs de aĩa,de hac ip̃a re latiſſime differemus.Demũ vbi de fœlicitate ꝟba fœcit,& naturã humanã comparatõe angeloꝝ,terrã vocauit,inanem eam & vacuã originali iuſticia monſtrauit,& peccati tenebris faciẽ eius,i.rõnem obductã,ſpũs ꝟo dñi.i.lumẽ diuini vultus fouebat eas,& tandẽ orta eſt lux.i.Abram fundator primus diuinę religionis,q vnius dei cultum,aduerſus idola & gentes,hoĩbus ꝑſuaſit,primus q ſupſtitões dæmonũ a vera vnius dei religione,ſecreuit.& hæc ꝑ expoſitõe primæ diei,ex multiplicibus interp̃tũ ſentẽtijs tibi attulimus,ad eoꝝ te ſtudia ꝓuocãtes,in reliqs parciores erimus,& res ſubſignabimus potius,q̃ explicabimus.¶Hinc & aquas.die ſecũdo factũ eſſe firmamẽtũ,vocatũ cœlũ Moſes ait,q̊ ſupe ab ĩferis aq̃ dirẽptę ſũt.¶Quis vna adſtrictis.tertio ꝟo die docuit nos cõgregatas eẽ aq̃s ĩ locũ vnũ,ut terra appareret,q̃ virẽtẽ herbã germinauit,& ligna pomifera,& eoꝝ ſemĩa.¶Mox

cœlo omnipotens. Quarto item die facta luminaria docuit, & stellas in firmamēto cœli, ut di-
Tempus uiderēt diem ac noctē, & essent in signa & tempa, & dies, & annus. ¶ Longinquo primū. Tem
pus qm̄ mensura motus dr̄, ab Aristotele, scd'm prius & posterius, si id quod dicimus, primū
mobile an̄ firmamentū factū esset, posset ab eo tempus deduci, ideo diximus, Ex motu flui-
tans nunq̄ cessantis olympi, quod de empyreo intelligendū esset, si ei motus cōpeteret, certe
de nouo orbe etiā lucido summi potest, qm̄ natura est maxime puia, & aptissima empyreę lu-
ci recipiendæ. diximus aūt, tū cū luminaribus ipis fluxisse tēpus, consentientes Mosi, qui sub-
didit, facta ea in signa & tpa.

Longinquo primū tempus tūc fluxit ab æuo
Ex motu fluitans nunq̄ cessantis olympi.
Hinc vndis pisces surgunt, hinc squamea turba
Pennigeriq̄ greges auiū, sua numia tractat
Quodq̄ genus, curuo delphin secat aera saltu,
Et male ueloces diffindunt æquora phocę,
Agminis aligeri cœtus depascit almæ
Munera telluris, fuscat nube volantum
Splendidus ob radios flammati syderis aer.
Quæ terrā, pontū, & liquidū p inane vagādo
Fœcundā ob sobolē cōplent elemēta animātes,
Quinetiam sexta tellus tum pcita luce.
Protulit omnigenū numerosa armēta ferarum,
Et cicur turbas reptantis & agmina vitæ,
Muneraq̄ ex tēplo sua quæq̄ libēter obibant.

fluxit aūt ab æuo, non q̄ euū ps tempis sit, illo em̄ mensurant, ea q̄ principiū habent, & fine carent, & ppterea Angelis tributū, & rebus oībus pmanentibus, tribui quoq̄ debere nōnullis placuit. Tempe vo mensurant ea pprie, q̄ generatoī sunt & corruptoī obnoxia, liceat transferat aliqn̄. sed ab æuo fluere dicimus, qm̄ cū tres sint mensuræ, æternitas, æuum & tempus, hoc vltimo loco & postremo statutū est, atq̄ ita intelligi etiam illud Boetij potest, qui tempus ab æuo ire iubes. ¶ Hinc vndis pisces. quinto die ex aquis Moses pducta reptilia asseruit, & volatilia sup terram, sub firmamēto cœli, & cæte grādia, & om̄e volatile. ¶ Sua munia tractat Quodq̄ genus. Cōsonū est,
ut vnūquodq̄, quod formā aliquam assecutū est, operet scd'm eius inclinatoēm formæ. fa-
cti aūt ad natādum pisces, ad volandū aues, quapropter nō nihil eorū meminimus opatio-
nū. ¶ Quæ terrā, pontū, & liqdum &c. subdidit em̄ Moses dictū fuisse, Crescite & multiplica-
mini, & replete aquas maris, auesq̄ multiplicent sup terram, quas diximus fuscare aerem cre-
bro volatu, & pisces p æquora meare, quorū delphini meminimus, tanq̄ velocissimi, qui &
aquæ summa vellicans saltu, qnq̄ vndas plabit, vn̄ & futuræ tempestatis habet signū, qua
de re in tertio de rerū pnotoē libro disseruimus, meminimus & phocarū vti inertiū, & som-
no deditarū, & cū terram petunt, tardissime gradiētiū, vtpote q̄ paruissimis pedibus, & velut
detruncatis inambulent. vnde ab Aristotele in primo de aīalibus scriptum est. καὶ τῇ φωκῃ κεκολοβωμένοι πόδες Sic facta sunt vba pigri, simul & velocissimi animantis. qbus vtpo
te extremis facilius media possent intelligi. ¶ Quin etiam sexta. Die sexta, pducta dicit Moses
ex terra fuisse & reptilia & bestias terræ, mox & hoīem a deo creatum asseruit. Hec summatim
a secūdo ad vltimū diem descendentes, disseruimus. sed qm̄ in ope prime diei exponēdo, diu
morati sumus, qnq̄ aūt sequētes dies pperantes nimis exegimus, conuenire videt ut aliqua
subijciamus, qbus instrui possis, & eorū quos supra citauimus authorū, hac etiam parte gusta
re sententias. Igit p firmamentū secunda die factum, id cœlum in quo sunt sydera, multi sum
pserunt. p aquas sup cœlum spiritales substantias Origenes accepit, vnde illud psalmi. Aquæ
Firmamētum quæ sup cœlos sunt laudent nomen domini. & in Daniele. Benedicite aquæ omnes, quæ sup
cœlos sunt domino. cui Origeni cōtradixit Basilius, & Thomas, qui corpales eas aquas intel-
ligūt. Cæterū firmamenti nomine, intelligendā docuit Augustinus formæ cœlestis impssio-
nem, in informi materia. & p cōgregatoēm aquarū, & p apparitoēm aridæ, exposuit materiæ
ipi, & terræ formā, & formā aquæ fuisse inditā. p plantas vero pductas, plurimi veterū theo-
logorū ita intellexerūt, ut videt significare Mosaicæ literæ cōtextus. Augustino aūt visū ideo

plantaꝝ eductõem accipi debere. ac ſi diceret terrã ipam ꝓducẽdi accepiſſe ỽtutẽ, ꝓducta ỽo luminaria actu ipo, nõ ỽtute tm̃ ꝓducẽdi cœlo cõicata cenſuit Auguſtinus alijs cõſentiens, a qbus item diſſentit de auibus & piſcibꝰ, quos alij tñ ꝓductos affirmãt. ipe eoꝝ ꝓducendoꝝ naturã, tributã aquis voluit, inter primos ỽo ſunt q affirmẽt nõ ita ꝓductos ex aqua, ut nõ ex oĩbus elemẽtis cõditi exiſtimenť, ſed qm̃ humor piſcibus apprime cõueniat, auibꝰ vapor, q & ipe petit alta, quo & ipe cõſcendũt aues volatu. ſicut ima petit humor, in quo & ipi piſces alunť & viuũt. Terreſtria quoq; aĩalia actu ꝓducta de terra, ꝑmi theologoꝝ veteꝝ uoluere, ſcribẽte tñ Auguſtio, vim eoꝝ ꝓducẽdoꝝ terrã obtinuiſſe, illiſ ipis Moſeos ỽbis intelligi debere. Illud aũt obſeruãdũ eodẽ Auguſtino auctore, quẽ & Thom. & alij ſecuti ſũt. In primis ſacri cõtextus, & diuinoꝝ eloqoꝝ ỽitatẽ cõſtantiſſime tenendã. mox ſi ea ipa eloqa nõ vno tm̃, ſed multiplici ſenſu exponi, declarariq; poſſint, eoꝝ alicui ita hærẽdũ nõ eſſe, ut ſi falſum eſſe cõſtiterit. ꝑſumat aſſerere illũ eſſe ſacri ſenſum eloquij, ne ex illo ĩfideles ea deriderẽt, & credẽdi ſibiipis viã ꝑcluderẽt. has de antiqs theologis ſentẽtias citauimus. nũc & Pici Patrui ſuggerẽda qdam, queadmodum ſupra in primæ diei enarratione fecimus, Hic materiales formas, aquaꝝ appellatõe, dixit intelligi poſſe. cũ in ſphæra gñabiliũ & corruptibiliũ, ſint varij accedẽtiũ, recedẽtiũq; formaꝝ fluxus, inſtar maris, ut hinc Heraclitus ſenſibiliũ reꝝ ſubſtãtiã vocarit mare, & ꝑ Neptuno, quẽ maris deũ fabulabãť, a Platonicis ea ỽtus accepta ſit, q gñatõibus ꝑeſt. Firmamẽtũ ỽo accepit mediã illã regionẽ, in q ſublimes impſſiones fiũt, q regio puriora elemẽta aquaꝝ nomẽclatura ſubſignata, dirimit ab elemẽtis oĩno mixtis, terrã vero cõſpici cõgregatis aqs, eo ſpectare decernit, ut ĩtelligamus materiã cõſpici nõ poſſe, niſi ſpẽm formaꝝ induta fuerit, q & ſi elemẽti ſimplicis ſpẽm nacta fuerit, nõ cernit, qre miſceri demẽta cõuenit, atq; coire in vnã formã. ab ea ỽo miſtionis forma. vegetabilẽ aĩam deriuari, q fieri, ut ex illa aquaꝝ cõgregatõe, ĩducta ſit terra herbaꝝ, fruticũ, arborũq; fœcũda. atq; in hũc modũ, reliq de mũdo corruptibili diſſerẽs, ad hoĩem deuenit, q ĩferioꝝ oĩm eſt cõſumatio, ſicuti oĩm hoĩm abſoluta eſt cõſumatio Chriſtus, de q ſeptĩo qq; cuiuſcũq; expoſitõnis, capite diſſeruit, ita & reliqs ſeptẽ expoſitõibꝰ, cõſequẽter ad ea q ſupra de pria die ꝓtulimus, ſcriptã a Moſe Geneſim interꝑtatõe ſeptẽplici declarauit, cæteꝝ excurſiões illas de motu aĩaliũ nõ exponimus, tibi iã ut arbitror, notas. De Theſſalia nõ nihil afferimus, cuius & in ſecũdi quoq; hymni interꝑtamẽtis, mentõem factã inuenies. De Arcto nihil, nã multa cõſpicies in .ij. hymno, & Ripheoꝝ mõtiũ meminiſſe nos repies. qre nec Arcton, quã Riphæa noĩauimus, expoſuiſſe neceſſariũ fuit, tm̃ de vnda decima qpiã afferemus ſuo loco. ¶Incola Theſſ. Theſſalis accepta referť inuẽtio domãdoꝝ eqꝝ, & Peletronijs (Peletroniũ ei oppidũ Theſſaliæ) id munꝰ Verg. tribuit. Frena Peletronij Lapithæ gyroſq; dedere, Impoſiti dorſo, atq; eqtẽ docuere ſub armis. Eſt ãt Theſſalia circa Peneũ & Thermopylas, ut inqt Euſtathi. hæc eadẽ & Pelaſgia, de q ipe auctor multa, qq; & alia ſit Pelaſgia, q & Arcadia, Stephano, Euſtathio, alijs, eadẽ & thetalia & Aemonia & Pyrra & Pyrrodia, a Pyrrha Deucalionis, ut Thianus poeta cecinit. Aemonia ỽo ab Aemone Pelaſgi filio, ex q Theſſalus, vñ Theſſalia. hũc ãt authorẽ ſecuti ſũt interꝑ

Theſſalia

Currebant lepores, frondentia cornua ceruus
Componẽs tergo curſus captabat inanes,
Explicuitq; ſolo ſinuoſa volumina ſerpens
Sibila congeminãs triſidæ vibramine linguæ,
Mugibat taurus, ſurdiſq; hinnitibus oras
Opplebat ſonipes celeriq; ꝑ auia curſu
Circũerrabat ouans patulis de naribus auras
Calfactas ſpirans. ſic cætera turba animantum
Diſtento ſpacians campo, cœloq; ſalubri
Degebat placida ꝓlem meditata quiete.
Nondũ flexilibus colla obluctantia loris
Quadrupedis dorſo reſidens frenauerat altę
Incola Theſſaliæ domitor, nec bellica Martis
Munera tractanti iam tum excuſſere ſoporẽ
Claſſica, nec peditem buxus cõciuit ad arma,
Et duro nondũ ſegnes inuerterat agros
Vomere callofis manibus diſcinctus arator.

tes Apollonij,q̃q; fuere q̃ voluerũt a Theſſalo p̃re Phidippi nũcupatã. Diuidũt eã in p̃tes q̃tuor,pelaſgiotin,theſſaliotin,iolchitin,& phthiotin,authore Apollodoro,inſames aũt latrocinijs fuere Theſſali græco ꝓuerbio notati,θετταλοι λησται,hæc de Theſſalia,q̃ vulgata ſunt p̃tereo,& Lucani deſcriptõem miſſam facio,qua illã montibus cinxit a ſeptẽtrionibus Oſſa,ab oriente Pelio,Othry a meridie,Pindo ab occidẽte. ¶Latiſſima tergora ponti. Fit alluſio ad illud,quod frequẽter Homerus canit,quod Græci alij q̃nq; vſurparũt επευρεα νωτα θαλασσησ.

Theſſali latrones

decimus fluctus

Nec dum ſpirantis latiſſima tergora ponti
Dimenſus decimam pręceps contẽpſerat vndã
Nauita in aerios fixurus lumina tractus,
Nunc q; & Rhiphæa vultũ flexurus ab arcto
Anceps ſublata quotiens de nube pependit.
Deerat adhuc animal mentis ſublimius altæ,
Nanq; nequit hoĩem tellus,nec lympha nec aer,
Nec cœlũ,aut aliud dias in luminis oras
Promere maiorẽ mundo regemq; animantũ.
Hũc ſiq̃dẽ oĩpotẽs poſt cœlũ,elemẽta,feraſq;
De ſolo iuſſu productas finxit Adamum,
Quiq; ſui ſimilis ꝓpriaq; ab imagine lumẽ
Diuinum mentis gereret ratione ſagaci,
Qui totũ luſtraret opus,qui tramite recto
Scanderet ad ſummi ſublimia regna tonantis,
Præforet alitibus,iumẽtis,piſcibus,omni
Terrenæ ſtirpi,fœlix traduceret æuum.
Mox ſpecie ſimilis ſexus variata figuram
Iungit̃ huic mulier.ſunt hæc primordia mundi,
Quis facilis puri pandetur ſemita recti,
Quo freti cauſam tulimus,cur ſingula regem
Mirent̃,ſtupeant,metuant,venerent̃,adorent:
Nã cuncta ex nihilo in nihilũ caſura tremenda
Brachia ni ſemp̃ metuendi principis,illi
Quam ſtruxit moli iugem,aſpirare vigorẽ

tis obrepit. Ab clemẽtis ad iusticiã, prudentiã, & ꝟtutes alias inuitari phũm hoiem Themistij in physicos libros, pœmiũ docet. siue illud Theophrasti, seu magis Simplicij, aut alterius fuerit. Seneca in primo naturaliũ q̃stio. lib. anteq̃ de ijs q̃ fiunt in sublimi, tonitrua, fulgura, fulmina differeret, ꝑpensionẽ vniuersi cũ ad alia dignissimã cẽsuit, tũ ad hoc maxime ꝑtinere, vt eo cognoscamus, oĩa esse ut inq̃t, ꝟsus deũ angusta. cæterũ ab aialibꝯ qd nõ possumus discere, si naturã eorũ cõsideremus? nũ a formica ꝓuidẽtiã? nũ in sacris lr̃is scriptũ est. Vade ad formicã o piger. nũ a turture fidẽ viduati lecti? cũ ea iugiter ĩ sicco arboris trũco lamẽtat̃, quã de cã olim a nobis. Nõ tm̃ arẽtis cõsidens ꝟtice fagi Amissos q̃rit̃ viduatus turtur amores. Nũ a ciconia & cornice cõcordi am?a canibꝯ ad seruãdã fidẽ in dños serui pñt excitari. Nũ a pauone, q elatus distẽtu gẽmatæ caudæ, vbi pedũ rugas aspexerit, colligit sese pulchritudis ꝓpriæ negligẽs, ambitõem compescere submonemur? certe & ab aq̃la ad liberalitatis ꝟtutẽ excitari quimus, q̃ p̃dæ ꝑtem imbecillioribus derelinq̃t, ab alijs alia, q̃ iustũ ꝑ se volumẽ exigerẽt. sic a zoophytis, q̃ petris hærentia, media sunt inter brutum & plantã, necessarijs dũtaxat motibus vtunt̃ ad trahẽdum alimẽtum, ꝑcipe valemus, paucis vitam nostrã cõtentam esse debere, ac nec petrã nostrã. i. Christum, vllo motu relinquẽdam esse, ita & a plantis q̃ terræ hærent, succũ ad cõseruatõem & ꝓpaginẽ idẽtidem extrahẽtes, eliciamus, standum nobis esse radicibꝯ fidei in terra viuẽtiũ, & fructus nihilominus esse ꝓmendos, ne tanq̃ steriles & siccę, ut in euãgelio scriptũ est, igni tradamur sempiterno. Nec secus ab inanimis saxis, lapidibus cæteris eruere id vtilitatis poterimus, ut loci & sortis nostræ cõtenti, nil p̃ter rõem, p̃ter dei naturæ & scriptarũ legum auctoritatẽ, satagamus. Militat igit̃ deo omnis natura, & nos ad illũ colẽdũ inuitat. Aduertẽdũ aũt, naturã ex vi vocabuli, ꝓcessum quẽdam subindicare, & Aristoteles ip̃e naturaliũ princeps philosophorũ, in. ij. physicæ auscultatõis libro naturã definit, principium esse motus & q̃etis in eo cui inest, ꝑ se & non ex accidẽti. Natura

# Qui Mariæ castum voluisti habitare cubile,

¶ Qui Mariæ castũ. Ad gratiæ mysteria deuenimus, relicta natura, & fit cõuersio ad Christũ. hoc est ꝟbum, ut inq̃t Hilarius, corporatũ, eiusq̃ natiuitatis exprimit̃ mysteriũ, quod q̃dem ab eccl'a mirabile ꝓnunciat̃. concepit em̃ in vtero Maria ꝟgo spũ sancto fœcũda, vbi assensa est Gabrieli archãgelo nũcianti matrẽ eam futurã filij dei, qui eius aluum habitauit, dictum etiã habitare aluo. vnde Ouidius in. xv. Corpa ꝟtunt̃, nec qđ fuimusve, sumusve, Cras erimus. fuit illa dies qua semina tm̃ Spesq̃ hominũ primæ matrisq̃ habitauimus aluo. Verg. autem habitare casas dixit, & sordida rura, & interpres eius Seruius ꝓbat accusandi casui iungi debere ꝟbum habito, quoniam frequentatiuũ est, & habeo rẽ dicimus, vnde & habito rem dicere conuenit. Sed minuta hæc & trita relinquamus grammaticis, quæ male libenter referimus, nisi & occurrerent quodammodo sua sponte memorię, & indicio essent elocutõis ꝓprietatẽ nos oĩno nõ neglexisse, partius aũt vtemur, qm̃ te isthæc iã & legisse & edidicisse putamus. Habitauit itaq̃ Iesus (ita em̃ illi ab angelo inditũ nomen) mensibus nouem vterũ ꝟginis, & q semꝑ erat ab æterno patre filius sine matre, ac ut Nonnus Panopolitanus in metaphrasi euangelica dixit, υιοσ αμητορ de matre sine carnali patre natus est, matre inquam semꝑ ꝟgine, cui nomen Maria, quod q̃dem nomen q̃q̃ ad Placitũ poni posse dicat̃, q̃a nec græcum, nec latinum est, non secũda ꝓducta ponendũ videt̃, ut pleriq̃ fecere, sed correpta, non tamẽ ꝓpter analogiã, utpote q̃a Marius secũda breui sit. Namq̃ ut diximus, nec latinũ est nomẽ, nec græcum ab origine, sed hebræũ, verũ qm̃ a doctis cũ græcis tum latinis ita positũ, sic & Nonnus Panopolitanus in metaphrasi και μαριην στεναχωσ & iterũ, ελπομενοι μαριην, & etiã ωσ μαριη. & alibi Claudianus q̃q̃ ait. Formosus Mariam ducit Honorius, & in eorũ epithalamio heroico, & in epigrãmate ad Christũ eãdem mẽsurã obseruauit. Sedulius quoq̃, q̃q̃ sæpius mediam produxit, corripuit tamen interdum, vt illud. Quis fuit ille nitor Mariæ. verũ alij fortasse a Mario deducũt, ut Romanũ sapiat magis, q̃ si non antiquius habeat initium ab hebræis, q Mariam dicunt, quod etiamnum in græca euãgelij pagina seruatum est, in quo pro Maria μαριαμ legitur, ut illud Lucæ και ονομα τησ παρθενου μαριαμ. & nomen ꝟginis Mariam. Neq̃ enim Hebræi nomina inflectunt. quare in Græca lingua Lucas idipsum obseruauit, nam & in genitiuo Mariam posuit, sicuti in recto cum ait, ειπε δε μαριαμ προσ τον αγγελον. & iterũ in vocatiuo μη φοβου μαριαμ. Ne timeas Maria, & sane siue antiquitatem spectemus, siue sonum, siue significatum illustre, siue subiectas res quibus tributum est, maxima dignitate præfulget.

Habito

Maria

¶Indutusq́ꝫ hominẽ,& assumpta nostre naturá,& vestitus nostra carne,ṽbum caro factũ est,ut ait Ioannes in euãgelio,& habitauit in nobis,sic & nostra carne vestitũ,eum Leo pontifex ꝓnunciauit.Ineffabilis inqt natiuitas dñi nostri Iesu Christi,qua se naturę nostræ carne vestiuit.& alio locó.Hodie ṽbũ dei carne apparuit,vestitũ.dicimus aũt induor hãc vestẽ& hac veste,vt grãmaticus Diomedes notat.¶Vt nos eripes.ab æterna miseria,quã ex pctõ Adami primi parẽtis incurreramus.figura hæc loquẽdi Eclipsis dici pt,qm̃ silet inferno a principe,vel etiã Hypozeugma,nã id ab inferiore intelligit.¶Sũmo ut flãmatus amore.amoris em̃ op⁹& qdẽ imẽsi fuit,vt deus hõ factus liberarit hoies pctõ obnoxios,ac suppliciȷs dæmonũ&ęterno carceri mãcipatos.¶Assereres.in libertatẽ,& adoptõem diuinã.Nã genus hoim captiuũ a dęmõe detinebat,ex pctõ illo primi parẽtis,& iure qdẽ,utpote ĩ quo genus vniuersum cõclusũ fuerat cũ deliqt,obnoxiũq́ꝫ pctõ remãsit.q em̃ facit pctm̃,ut est in sacris lr̃is,seruus est pcti.assereres inq́ꝫ in libertatẽ.a grãmaticis assertores vindices dicunt.alienæ libertatis,& Terẽti.Nam ego liberali illã assero causa manu liberares inq́ꝫ.¶Domitas.suo imperio subactas dolis atq́ꝫ fallaciȷs.¶Terras.terrenos homines & angustiȷs & erũnis expositos.Hõ inqt Iob,natus de muliere breui viuẽs tpe,repletus multis miseriȷs,eripes inq́ꝫ & assereres.¶Ab inferno principe.a principe dæmonũ,qbus subterraneus & ĩfernus locus deputatus ẽ ad sustinẽda supplicia.terras ãt subegerat,ut in progressu oñdet,adeo ut mũdi h⁹ princeps diceret a Christo.Venit inqt princeps mũdi h⁹,& in me nõ habet qcq́ꝫ.& iteꝝ.Iam princeps mũdi h⁹ eȷ̃ciet foras.sed & sunt inter dęmones principatus.supiores em̃ aliȷs aliȷ sunt dignitate natura q̃ illis abolita nõ est,ꝓpter pctm̃.¶Te canimus.Cano polysemũ ẽ,ut notissimũ apud Seruiũ,sed qđ attinet ad sensum hymni materia subindicat.i.Christi laudes,vocat aũt figura isthæc apud græcos προαναφωνημα et υποσχεσησ et προκατασκευη et προκαταστασισ et προσοχη & περιηγησισ p̃dicat em̃ & promittit,& p̃parat,& ꝓponit,& colligit opis materiã Christi laudes futurã.te inq́ꝫ Christe canimus,celebramus,laudesq́ꝫ tuas ex gestis rebꝫ cõspicuas,& supra q́ꝫ dici possit admirabiles.

Indutusq́ꝫ hominẽ mortalia membra subisti
Vt nos eriperes,summo ut flãmatus amore
Assereres domitas inferno a principe terras.
Te canimus laudesq́ꝫ tuas prægestit apisci
Spiritus,humano quem corpore lurida nubes
Sepsit,& implicitũ prædura compede terret,
Nec sinit eliso residem rex optime linguam
Gutture præcelsæ molem componere laudis.

¶Prægestit,p̃sumit,auet,exoptat.¶Apisci.adipisci vt videlicet patefiãt.figura est q̃ syncope dr̃,q̃ vsi veteres in sil̃i ṽbo,uti Catullus,Animus p̃gestit apisci.& Lucilius añ.sed & Lucreti⁹.Nec rõne animi quã qsq́ꝫ possit apisci,sed & apiscẽdus,p adipiscẽdus dr̃.M.Manilio.Rebꝫ apiscẽdis.¶Spũs.animus ad differẽtiã corpis,q́ꝫq́ꝫ & spũs etiã corporei sint tenuissima videlicet corpuscula & subtilissima,qbus veluti ministris vtit anima,in obeũdis vitæ muneribus,ut ẽ apud medicos notissimũ.¶Humano quem corpe.Animus ãt corpis sensibus miꝝ p̃pedit,ne diuinis vacet & inuisibilibus rebus,hinc illud Pauli apl̃i.Caro cõcupiscit aduersus spm̃,& spũs aduersus carnẽ.& apud eũdem iteꝝ legimus.Video aliã legẽ in mẽbris meis,repugnantẽ legi mẽtis meæ,& captiuãtẽ me in lege pcti.¶Nubes.sensiliũ cogitationũ q̃ spiritalẽ impedit haustũ,qppe nubes ex crassiori vapore cõpacta,ꝑspicua illa meditata obũbrat,& tanq́ꝫ inficit.¶Lurida.tristis,turbida,mortifera.vñ & apud Ouidiũ,lurida dicunt aconita.¶Sepsit.circũclusit,coercuit,ṽbũ a sepe deductũ.Et implicitũ p̃dura cõpede.vinctũ sępe videlicet illa nõ iucũda & facili.sed horrida,utpote pedica,aspa atq́ꝫ difficili.¶Terret.terrefacit,formidinẽ incutit,pauorẽ immittit.¶Nec sinit.vbi em̃ mẽs p̃pedita est frequẽti terrenaꝝ cogitationũ insultu,pondere diuturnæ cõsuetudinis,p̃mit adeo,ut sui male compos euadat,nã ut illa diu inoleuit q̊ddam ceu fastidiũ reꝝ diuinaꝝ parit,quod græci acediam dicũt,itaq́ꝫ remora q̃dam fit mẽti & linguæ adeo,ut nõ sine magna difficultate,diuinas laudes animo concipe & lingua deprome possumus.¶Eliso.obstricto & obturato.¶Gutture,quo veluti instrumento lingua vtitur ad loquendum,eoque maior aboritur difficultas,quo res ipsa de qua dicendum est,celsior & maior inuenitur,ideoque molem diximus,magnitudinem exprimentes.Metonymia vero est molem laudis dicere,quoniam moles corpus indicat.

Induor hois veste & veste

Assertores

Syncope

Spiritus.

Metonymia,

¶Disĳce mortales nebulas. Auxiliū petit̃, & implorat̃ diuinū, nā de diuinis elocuturi uti dixi- Disĳce.
mus, diuinæ opis admodū indigemus. Disĳce dispgeq;, & dispde. Verg. & disĳce corpa pon
to. Item. Disiectam Aeneę toto videt æquore classem. expelle, fuga, elimina, dissipa ea q̄ su-
pra narrauimus impedimenta. Mortales nebulas. terrenaꝝ cogitationū, supra em̄ luridā nu-
bem diximus impedimento esse, eaq; veluti sæpe teneri diximus & terreri. ¶Trepidū timorē
illū itaq; terrorē dispelli postulamus. Figura hæc loquēdi, timorē trepidū in Rhetorica ad He Trepidū.
renniū. denoĩatio dr̃, timor. ei nō trepidus ip̄e, sed aĩal trepi- dū facit. ita & frigus nō pigrū est, sed pigriciē infert. Trepidū aūt quē ꝓ festino Seruius de- sumit απο του τρεπω, qđ est ꝟto ad nos effluxit. sic & pauida formido dicta ē Oui- dio canēti. Fit timor & pauida trepidat formidine pectus.

Disĳce mortales nebulas, trepidūq; timorē
Disĳce pollutæ nimium retinacula linguæ.
Luceat internis oculis tua viuida lampas,
Et labris cælso resonent præconia cantu.
Viderat omnipotēs varĳs languorib⁹ orbē

¶Disĳce. post cogitationū nebulas. ¶Retinacula linguæ pollutæ. ꝑpterea ꝙ ea locuta est, q̄
mortales illæ nebulæ suggerebāt. ¶Nimiū. in duplicē significatū sumi p̄t, nam & excessum et Nimium
superātiam, ab eo qđ nimis est, denotat, & amplitudinē q̊q; rei oñdit, sonatq; id qđ valde, ut
est qñq; apud Verg. & apud Claudianū quoq;. O nimiū dilecte deo. hoc loco vtrūq; in mo
dum p̄t accipi. polluta igit̃ nimiū lingua ex sordibus cogitatibus, lingua em̄ obseqt̃ menti. sed
interdū fit, ut vel cōsuetudine aduersa p̄pediat̃, vel magnitudine rerūq; concipiunt̃, superet̃,
vt ea nō possit exprimere. quæ duo ad p̄sens occurrēt, cū iam cōsuetudo cōtracta sit aduerso
rum cōceptuū ꝓ mendoꝝ, & diuina instent, q̄ vix mens cōcipit. & ægre lingua depromit, &
inde aliqd opis dari petimus & diuinitus afferri suppetias, ut nouerimus nec loq diuina nos
posse nisi dei ꝟtute, sic Esaiæ mūdata sunt labia, cuius instar sacerdotes historiā euāgelicā nar
raturi, mūdari sibi labia postulant. Quid: qđ & Ap̃ls ait. Nō posse nos dñm Iesum loq nisi
in spū sc̃tō. Pulsis igit̃ tenebris, & euolutis linguæ ligamētis, diuino bn̄ficio, sequens est vt ad
enarrādas laudes, p̄stari quoq; adiutoriū petamus. dicta aūt linguæ retinacula metaphoricę,
vel sit figura acyrologia, quam alĳ acyron nūcupant, nam retinacula ꝓprie nauiū sunt &
plaustroꝝ. ¶Luceat. cognitione patefiat. ¶Internis oculis, intellectui, rōni, oculis animæ, nec Acyrologia.
dissonū est qn & frequens, ut oculoꝝ mentis seu pectoris, mētio fiat. Est em̄ intellectus animæ retinacl̃a
rōnalis ps, instar oculi, quo videlicet res ip̄ę in anima ꝑcipiunt̃, vt em̄ corpus nisi ꝑ oculos vi
det, ita nisi ꝑ intellectū & rōem anima, vñ Aristo. de intellectu locuturus. De pte aūt inqt aĩæ
ea qua intelligit & sapit. Oculus aūt eo dictus ꝙ cilĳs oculat̃, ut Varro voluit, quē Firmianus Oculus.
in hoĩs opificio secutus. eius ꝟo ps nobilior, pupilla dr̃ visui accōmodata, qua reꝝ imagines Pupilla
ad intraneū sensoriū deferunt̃, nec Ouidius oculoꝝ mētis & corpis nescisse differentiā videt̃,
cū de Pythagora in. xv. loquens ait. & q̄ natura negabat Visib⁹ hūanis oculis ea pectoris hau
sit. Norūt em̄ antiq illi auctores, intellectū primas obtinere in reꝝ notitia ꝑcipiēda, qn & sen-
sus oĩs compatōe illius cognitōe carere. qnimo ceca esse omnia, p̄ter illū q solus videret, so
lus audiret, cēsuit Epicharmus ꝑ hæc ꝟba νουσ ορα. και νουσ ακουει τα δε αλλα παν
τα τυφλα. utpote lumine indiga nō corporeo, sed spiritali. sunt em̄ p̄ter sensile lumē, intelle
ctus, fidei, ꝓphetiæ, gloriæ, de qbus actū ē in libris de p̄notōe, tria vltia nota sunt & fidelib⁹ &
eruditis. Intellectus ꝟo lumē eruditis, q̄q; & gētibus patefit. Vñ & apud Columellā luminis
animi mētio facta est, qđ aūt sensile dicimus, ꝑmiscue oĩbus notū, q cæci nō fuerint ab ortu
naturę. ¶Tua viuida lampas. fulgor & claritudo cognitōis demissa cælitus, qua noxiæ & te-
nebrosę imagines, obluctantes radĳs diuinę lucis, expellunt̃. ¶Et labris cælso. nec solū ea nos
se petimus & eloq posse, verūetiam ad excitādos alios, ingenti ac veluti p̄conis voce canere,
& intonare. ¶Viderat oĩpotens. Sequit̃ narratio qua Christi acta, & triumphi describuntur.
pulsis dæmonibus, subactis regibus. atq; tyrannis, & eius lege ministris Apostolis ꝑ orbem
vniuersum disseminata, prius aūt summatim res ꝓponit̃, & morbi simul ac remedĳ vis sub
indicatur. Mox particularius diffusiusq; narrat̃. viderat igit̃ omnipotens varĳs languoribus
varĳs mentis ægritudinibus, ponit̃ autem tempus humano modo, q̄q̄uis nullum sit tempus
in deo, q est supra tempus & æuum, & eorum princeps & rector, videt em̄, hoc est intelligit,
& seipsum & vniuersa simul vnico actu æterno, qui qdem idem ip̄e est. ¶Orbem. mūdum, Orbis

Affectum, & mortale genus per lubrica ferri
Præcipiti cursu, stygioq; minergier antro
At ne tartareis amens errarit in vmbris,
Et phlegethontæo semper substare tyranno
Deligeret, vario tandem medicamine lapsum

**Mundus** orbis a figuræ rotũditate, mũdus ab ornatu dicta est machina hæc, quã videmus, cœlũ videlicet & elemẽta, quæq; ex iis coagmẽtata cõflataq; sunt. hoc tñ loco orbẽ, p hõibus illũ inhabitantib⁹ accipimus, sic & mũdũ etiã sæpenumero acceptũ legimus in sacris lr̃is. vñ in euãgelio illud, & mũdus eum non cognouit. & in canonicis Apl̃s. Nolite diligere mũdum neq; ea q̃ in mũdo sunt, qm̃ omne qđ est in mũdo, cõcupiscentia carnis est, cõcupiscentia oculoꝝ & supbia vitæ. ¶Affectũ. infirmũ ægꝝ. ¶Varijs languoribus. idololatriæ crimine, & omnib⁹ sceleribus. ¶Et mortale genus. hoĩm videlicet gñatõnes subolescẽtes, & sibi inuicem succedentes, juxta illud Solomõis; gñatio p̃terit, gñatio aduenit terra aũt in æternũ stat. ¶Per lubrica. p cupiditates, p vitia libidinũ lubrica atq; ab ijs suggesta, quos colebant dĩs. i. dæmonibus. Omnes em̃ (ut a Dauide accepimus) dij gentium dæmonia. ¶Ferri. deduci auctore dæmone. ¶Cursu p̃cipiti. vtpote festinũ, temerariũ, incõsultũ, falsa religione & sceleribus obcæcatum. ¶Stygio. & simul impellente dæmone labi & mergi. ¶In antro stygio. in loco æterni supplicij, p Stygem designato, & Lethem, & Cocytum, ut notissimũ est atq; vulgatũ, & per Phlegethontẽ, & p Erebum quoq; & Tartaꝝ. Illud aũt immergier antro, p immergi, figura ẽ qua frequẽtissime in cudẽdis carminibus auctores omnes boni nois. vtunt̃, pparalepsis ab
**pagoge.** alijs, paragoge ab alijs dr̃, sunt q inter alterutrã discrimẽ ponũt. de hac Diomedes, Donatus, alij. ¶At ne tartareis. subsignat̃ ægritudinis remediũ Christi ope, qua factũ ut & lapsum erigeret genus humanũ. nec p lubrica illa traheret̃, & ab æterna morte, tartareis que vmbris posset
**Tartarus** emergere, tartari mẽtio apud Platonẽ sæpenumero, vt poetas taceam, nam in libris de re publica, locum quo improbi dant pœnas tartaꝝ dicit. & in Phedone quoq; repetit tartaꝝ, sed eius etiam meminit tanq; aquaꝝ originis, cui loco Aristo. in. ij. Meteoroꝝ cõtradicit, fit mẽtio quoq; in sacris lr̃is, vnde illud Petri Apl̃i in ep̃la secũda, q deus angelis peccãtibus nõ pepercit, sed rudẽtibus inferni detractos in tartaꝝ tradidit cruciandos. Infernũq; locũ Sedulius per tartaꝝ, Erebũ & chaos designauit. Tartara dissiliũt erebi patuere recessus, Et tremuit lethale
**Erebus.** chaos. Et Christũ regnare p tartarũ dixit, & de pditore Iuda mentõem faciẽs ait. Tartareũ descendit adusq; pfundũ. Erebũ deum Orci Varro voluit, ptem inferoꝝ dixit Seru. in qua morarent̃, q bene vixissent, tartaꝝ ṽo απο τη ταραχησ. i. a turbatõe, vel απο του ταρταρι-
**Tartaꝝ** ζειν. i. a tremore frigoris, pfunditatẽ inferoꝝ. PL. Lutatius, vel Lactãtius tartaꝝ exposuit. Tartaro significari Crates voluit aerẽ densum, frigidũ & tenebricosum. Homerus locũ subterraneum. dictũ aũt genus humanum ãmẽs errare in vmbris tartareis, qm̃ in ignorãtiæ tenebris emota mẽte vagabat̃. iam em̃ plus annoꝝ quattuor miliũ in ip̃is tenebris ignorantiæ, & nocte supstitõis mũdus caligauerat, & Hebræoꝝ populus cui peculiariter p Mosem lex pmulgata, & circũcisionis pactũ añ p Abrahã p̃scriptũ fuerat, sæpenumero ad impias gẽtiũ supstitões declinabat, tametsi puus is esset numerus, compatõe illoꝝ q infra legis naturæ terminos derelicti fuerãt, eosq; p̃tergressi simulachris deseruiebãt, q̊ꝝ tanta erat vesania, ut dæmones colerẽt, ut bestias, ut res inaĩas, ut morbos etiã & defectus venerarent̃. Hos ip̃os, uti al̃s etiã, & maxime in theorematib⁹ de fide memini, nec naturæ lumẽ inditum, nec phõꝝ dogmata, nec Mosaica illa lex frenare potuit, aut a dæmonũ cultu reuocare, adeo illis offuscauerãt mẽtis radios crimina, adeo cõsuetudo inueterauerat, adeo p̃stygia dæmonũ & oraculoꝝ p̃scita, fefellerãt. ita gẽtes dæmonũ amplexabant̃ monita, & nefarijs sacrilegisq; sacrificijs intererãt. Ita &
**Phlegethon** Hebræi qñq; gentiũ deos, vno ṽo posthabito p̃cipites exq̃rebant. ¶Et Phlegethontæo, ut aũt. ¶Semp. pseuerans non. ¶Deligeret genus humanum. ¶Substare tyranno. phlegethõtæo dæmoni scilicet qui in inferis cruciat̃, in qbus flumen illud Phlegethontis esse dixerũt antiqui, nec a vero abhorrentes, quantum attinet ad rem, nec sacris literis aduersi, quę pdunt ibi esse lacum ignis & sulphuris, ut nõ deligeret inq; sponte tyranno dæmoni seruire, q orbis imperiũ occupauerat, & humanũ genus ad inferna & subterranea & dãnatoꝝ loca p̃cipitabat, ut item liberarent̃ pij illi patres originis pc̃tõ, quo tenebant̃, idq; etiã ut elueret̃ in posteris, dei bonitas clemẽtissime, puidit, & tãdem scilicet in aduẽtu Christi, quod ab Apl̃o tempus plenitudinis est appellatũ. ¶Vario medicamĩe. salutarib⁹ sacramẽtis christianæ legis lapsum pc̃tis.

¶Sustulit.eleuauit,erexit dono gratiæ collatæ diuinitus.¶Et redemit.liberauit,sic & Vergil.in ix.Paribus se sustulit alis.Item paulo post.Duplicesq; ad sydera palmas Sustulit.¶Lubens.sua spōte,nō coactus,nec paruo ꝑcio,sed ꝑciosissimo sanguine,ab æterna morte qua tenebant obnoxij.ex pctō Adę,de quo suo loco fusius ptractabit̄.Sustulit aūt varia significare pt.parere,eleuare,interimere,educare,auferre.in primā Vergilius significatōem sumpsit canens.Męonio regi quē serua Lycinia furtim Sustulerat,q̄ꝗ Seruius exponit sustulerat ex stupro educauerat,in secūda & tertia pleriq;,vñ notū illud cōtra Neronem epigrāma,cuius meminit Tranqllus,in quo diuersa huius v̄bi ꝓprietate lusit inquiens,Quis neget Aeneæ magna de stirpe Neronem,Sustulit hic matrē,sustulit ille patrem.hic em̄ dedit intelligere eleuauit,& humeris ferendū imposuit patrē,ibi enecauit matrē,& de medio sustulit.Nos quoq; hoc loco eleuare intelleximus.græca v̄o in cōponēdis noīb꜄ fœlicitas hoc q̄ dicimus e medio sublatus est vnico v̄bo.i.εμεσολαβητη.cōꝓhēdit,ita me mini legisse me apud Diodoꝝ Siculū in.xi.lib.historiaꝝ.dū em̄ de apparatu Xerxis in Gręciam v̄ba faceret,narrassetq; p̄rem eꝰ Dariū,cꝰ copiæ in Marathonijs cāpis cæsæ fuerāt,multa ad expeditōem,quā ip̄e moliebat̄,cōtulisse,qm̄ iā apparatū instituisset in gręcos adiecit αλλα δαρειοσ μεν μελλων ηδη διαβαινειν επι τουσ ελληνασ εμεσολαβητη τελευτησασ.sed Darius inqt iam transiturus in Gręciā morte de medio sublatus est.in quarta v̄o Heautontimorumeno Terent.Scio qd feceris sustulisti,sed insigne ut videt̄,erratū eo loco ꝓdidit eius interp̄s,q subdidit,hoc in alia significatōe nūq̄ ponit̄,nam p̄ter eas quę supra sunt allatæ,aliā quoq; monstrauit Cicero in Verrem,sese iam inqt ne deos qdem in suis vrbibus,ad quos cōsugerent,habere,qđ eoꝝ simulachra sanctissima,Verres ex delubris religiosissimis sustulisset.¶Mille ꝑ Europam.mūdi insanias Christi beneficio curatas,narraturi,ex ip̄a mūdi descriptōe principiū sumimus.ut cōmodius noscant̄.sed qm̄ maioris ope subsellij foret;si vniuersum describere orbem vellemus,quo in negocio multitum Græci,tum latini desudarunt,Strabo,Ptolemæus,Dionysius,Pomp.Mella,Plinius,alij ideo principalium partium primo meminimus,mox pticularium memores erimus.Diuidūt itaq; pene om̄es terrā habitabilē vniuersam,in ꝑtes tris,quaꝝ vna Europa dr̄,quā nos incolimus.aliā nuncupant Aphricā & Libyā.tertiæ nomē Asiæ fecerūt.pauci tñ qđ & Salusti.quoq; meminit,Europæ ambitu,Aphricā cōꝓhēdi voluere.statuunt̄ aūt Europæ termini Gades & Tanais,illinc ab oceano discludit̄,hinc disiungit̄ ab Asia.Tanais em̄ fluuius vtriusq; limes,q Europā ad occidentē Solē habet,ad oriētem v̄o Asiā spectat,q̄ qdem eoo terminat̄ oceano,ac ut qdā phibēt,colūnis Bacchi,ut Herculeis colūnis Europa.Nilo āt flumīe,Asia terra dirimit̄ ab Aphrica,& hāc ab Europa distermiat fretū qđ mediterraneū dicimꝰ,ingressū cōtinentē ꝑ Abylā et Calpē ꝓmōtoria,q̄s fuisse colūnas Herculis fabulabat̄ antiqtas.Sunt nōnulli q terrā illā,seu Isthmō iter Caspiū,Hyrcanū ve mare,& Euxinū pōtū interiacēs,Asię & Europę terminū putēt,atq; Isthmo piter alio qđ ē iter sinū Arabicū & Aegyptū,Asiā a Libya secernūt,Europā dictā voluit Lycophrō,& alij,ab Agenoris filia,quā ī formā tauri cōuersū,Iouē abegisse nugabāt̄.sed q malūt sequēdas historias eē,ꝓdūt Europā ip̄am naue,cꝰ insigne taurꝰ eēt,deuectā Palæphat v̄o scribit,viꝝ quēadmodū Gnosiū,cui nomē Taurꝰ,ī bello aduersus Tyrios,eorū regis filiā cui Europa nomē eēt,rapuisse,& īde fabulā emersā.Eustat.a rege Cretę noīe Tauro,in Tyri debellatōe captā scribit,ex ea natū Sarpedonē voluit Euripides,nō Homericū illū ex Lycia,sed Minois & Aeaci fratrē,ut putauit Arriañ.ī historia.Voluert alij ab Europo viro ip̄am terrę ptē q̄ Europa dr̄,nomē obtinuisse,ob accētus ī dictōe gręca varietatē,qm̄ id graui apice scribat̄,ad eꝰ drñam q̄ tenebrosū significat̄,vñ & apđ Oppianū iacere σπηλαιον ευρωπον.dici āt Europā & Europiā,notauit Stephañ.apud Sophoclē & Euripidē,al's,q̄q; ꝑtes q̄ a fœminis(auctore Herodoto)cognoia sumpserūt,a viris tñ denoīatas nonnulli voluere,vt suo loco dicet̄.ꝑ Europā itaq; Asiā & Aphricā dęmonis cultus frequēs erat,passim tēpla,passim oracula,q̄ summa supstiōe colebāt̄,ut Strabonis Geographiā legētib꜄ facile cōstare pt̄,q & tēploꝝ & oraculoꝝ suis locis meminit.sed & apud Pausaniā mētio ē multo frequētior,qm̄ eaꝝ quas describēdas sumpsit regionū,nō tēpla modo & oracula,sed & aras & statuas etiā ipsas,vel semirutas & vetustate disiectas,curiosissime narrauit.apud Herodotū q̄q; & alios,multa de oraculis cōspici dant̄,ut tāto impēsius Christi gr̄a luceat,cꝰ tēplis,imagib꜄,aris,nullꝰ nūc

Sustulit, æternaq; lubens a morte redemit.

Sustulit

Orbis descriptio

Herculis columne

Europa

pene terraꝝ angulus vacat,in qbus tñ oĩm gentiũ cõſenſu dæmon antea coleret,& nuꝑ re-
motiſſimæ q̃dam gẽtes,relictis idolis & brutis,q̊s adorabãt Hiſpanoꝝ opa regũ,ſalutari vn
Portentũ
da ſubmerſæ ſunt.rediere olim ad dæmonẽ turba hæc rudis & amẽs,qm̃ iſani ad ſupſtitões li
bẽter caligãt ꝑ Europã itaq; mille.¶Portẽta.hoc eſt mõſtra.i.horrẽda ſacrificia,portẽtũ pro-
prie a portẽdendo,ut mõſtꝝ a monſtrãdo,dictũ eſt.trãſferunt aũt ad declarãdũ res extrane-
Templũ.
as,horridas & a natura alienas.¶Nefandis.malis infandis,ſcelestib9.¶Templis.ædib9 diuio
dicatis cultui,a tẽplãdo.i.cõtẽ-
Diui
plãdo nũcupatis.¶Diuũ.ſyn
Heroes
cope,ꝓ diuoꝝ,ſed certe hoĩm
Dei
q dij credebant.hoĩes in deo-
rum nũero relati,& dei & he-
roes,& diui vocabant,q̃q; in
ter eos differẽtia,ſed & alij di-
uos deis ꝓtulerũt,alij cõtra de

Mille per Europam diuũ portenta nefandis
Intulerat templis multum occœcata vetuſtas:
Mille per arentẽ Lybiam ſimulachra ferarum,
Milleq; per tractus Aſiæ delubra potentum

os ꝓſtare diuis arbitrati ſunt.Fuere em̃ q deos ꝑpetuos,diuos ex hoĩbus factos dicerẽt,ut eſt
apud Seruiũ.Varronis tñ & Terẽ auctoritate,diui ꝑpetui credebant,dei ꝓpter cõſecratõem ti-
mebant,ſic & apud Verg.in.xij.Turni ſoror dea,Iuno diua nũcupat.Heros aũt minor diuo,
vñ Horat.in arte poetica.Intererit multũ diuus ne loquat an heros.autumauitq; Seru.ꝑtãtes
ſuꝑnas infundere ſe corꝑib9 vñ heroes ꝓcrearent.apud Pindaꝝ q̊q; legimus in Nemeoni-
cis,Apollinẽ cõſultũ rñdiſſe,Herculẽ primo vt heroa,mox ut deũ honorari debere.Athena
goras aũt chriſtianus phũs,Marco & Cõmodo Cæſari græce narrat,Thaletẽ opinatũ deum
eẽ mũdi mẽtẽ dæmones ſubſtãtias aĩatas.Heroes ṽo ſeꝑatas a corꝑibus aĩas,q̃ꝝ aliæ bonæ
ſint,aliȩ malȩ.Refert q̊q; Galenus,Thaletẽ,Platonẽ,Pythagarã,Stoicos de heroib9 non ſecus
exiſtimaſſe.aliter tñ Apulei.& noſter Auguſt.diſſeruere.Noſtra ãt ætate receptũ apud pleroſ
q;,ut diuoꝝ nomẽ cælitib9 btiſq; animis adſcribat,qđ olim erat ſceleſtis etiã principib9 cõe,
nec vulgus etiã lĩratoꝝ abhorret ab hac nũcupatõe,viuis noſtri tꝑis principib9 & diuitib9 at-
tribuẽda,q̊d ſane recte factũ minime videri debet.¶Vetuſtas.antiq gẽtes occȩcata,mẽtis ocu
lis capta,tũ dæmonũ cõmẽtis,tũ ꝓpria malitia.Mille ꝑ arentẽ Lybiã.Lybiã aridã,humore ĩdi
gã,exiccatã calorib9,harenoſam,vñ Lycophrõ λιβυϛιϰὴν ψάμμον.& alij græci ſcriptores ꝙ
Libya:
ἀμμώδης.i.arenoſa ſit Lybie ſcriptis teſtant.& aridã q̊q; leonũ nutricẽ Lybiã vocauit Horat.
Nec iubæ tellus gñat leonũ arida nutrix.Lybia q̃dẽ a filia Epaphi cognomẽ traxiſſe plurimi
voluere.Alij ob regionis ſiccitatẽ q̃ſi λιφηϰτισ οὖσα vtpote carẽs pluuiã.Alij a Lybe vẽto
deduxere,illinc ꝓflãte,qđ videt placuiſſe Dionyſio cũ ait ἐσ λίβα μὲν λιβύην Niciæ ṽo
ſnĩa eſt,a trib9 viris nõ fœminis,Europã,Aſiã & Lybiã nũcupatas,queadmodũ a Perſeo Per
Aphrica.
ſis regio,& Creta a Crete,& Aphrica ab Aphro q̊dã,q Herculẽ ſit comitatus in Iberiam.q̃q;
alij ab a priuatiua ꝑticula,atq; φρίκη.i.horror & frig9,q̃ſi ſine frigore deriuẽt.indeq; etiã apri
cũ deducãt,ab Aphro Abrami filio dicta Ioſep9 voluit,ſed & Lybia cũ ꝓ regione vniuerſa
tũ ꝓ ꝑte ſumit,ſic & Armeniã ipã & Cappadociã,in plures Armenias & Cappadocias an-
tiq diſtinxere,Lybiæ regionẽ Stephanus,Polyhiſtore nixus,multinomiam putauit,qm̃ terra
Olympia dicat,Oceania,Eſchatia,Choryphe,Heſꝑia,Ortygia,Ammonia,Aethiopia,Cyre
Imago.
ne,Ophyuſa,Libye,Cephenia,Aeria.¶Simulachra ſiĩtudines.Imago eĩ cuiuſq; rei & ſimu-
lachꝝ & ſiĩtudo dr̃.Verg.belli ſimulachra ciebat.Cice.ad.L.Luceiũ de Alexãdri loquẽs ima-
ginib9.atq; illi inqt artifices corꝑis ſimulachra ignotis nota faciebãt,& paulo poſt de Ageſi-
lao,q ſe vetuit pingi fingiq; ſubiecit.Vnũ Xenophontis libellũ in eius regis laudẽ cõfectũ,fa-
Feræ
cile oẽs imagines noĩm ſtatuaſq; ſuꝑaſſe.¶Feraꝝ.feræ em̃ & bruta cõplura colebant,ut pro
greſſu manifeſtũ fiet.Feræ aũt dictæ,ꝙ oĩ corꝑe,vel qđ magis placet,inſtinctu naturæ feran
tur.¶Milleq; ꝑ tractus Aſiæ.figura hȩc,mille ꝑ Europã,mille ꝑ Libyã,mille ꝑ Aſiã,a Diome
Epanalepſis
de nũcupat Epanalepſis græco noĩe,q̃ſi reſumptõem diceres,repetitõemq;.reſumit em̃ & re-
Aſia
petit numerus ipẽ.¶Tractus.ductus,regiones amplas.Aſia ꝓ tertia orbis ꝑte ſumit hoc lo-
co.ſed & ꝓ regione & ꝓuincia etiã ſumi ꝑt,cuius fines Agrippȩ placuiſſe dicũt,ab oriente Ar-
meniã,ab occidẽte Phrygiã,Pãphiliã,Lycaoniã.a meridie mare Pamphyliũ,a ſeptẽtrione Põ
ticã ꝓuinciã.ꝓdit ꝓterea a viro q̊dam docto,illum diſtinxiſſe bifariã ꝓuinciã ipã,alterãq;
Armenia minore ab oriente clauſiſſe,alterã ab eodẽ oriente Phrygia & Lycaonia,quod qui
eſſe ſimul poſſit,plane non video.Cæteꝝ Aſia noĩata ẽ(ut Lycophron,& alij cõplures puta
rũt)ab Aſia q̃ mr̃ fuerit Promethei,q̃dã eius vxorẽ dixere,alij aũt qm̃ multo limo abũdaret,

& φ πολλην ασιν εχει. Aliĳ ab Asio Atyi filio. q̄dam & ab Asio philosopho, q palladiũ
Troo dederit, tuendæ Troiæ grã, custodiẽdũ. q̄propter in honorẽ hoĩs, regionẽ Epirꝝ antea
vocatã, mutato noĩe Asiã nũcupata, ex q̄ postea ad vniuersas regiones cõtermĩas, nomẽcla-
tura, ꝑpagata sit, ita ut id vocabulũ intra Taurꝝ montẽ Lydos, Cares, Lycaones, Paphlago-
nas, Iones, Aeoliẽses, & alios etiã ambigerit. Nõnulli putarũt ab Asia vrbe Lydiæ, ꝑpe Tmo-
lum mõtẽ, in q̄ inuẽta sit trichordis cithara, q̄ & Lydia dicta est, regioni fuisse nomẽ cõicatum.
Maluerũt q̄dã ab Asio q̄dam

**Struxerat, insano nimium delusa fauore.**
**Creta Iouem tulerat, cui coelum vana vetustas**

Lydio, ex q̄ etiã dictus sit is lo-
cus, de q̄ Homer⁹ ασιω εν λει-
μωνι. scribit etiã a q̄busdã At-
ticã regionẽ Asiã fuisse oli ap-
pellatã. Asia itẽ nomẽ est fontis, ex q̄ Eurotæ & Alphei flucta scaturiũt, qua de re multa nota-
uit Eustathius in Dionysiũ. Aduertẽdũ aũt Asiã cũ ꝓ regione vniuersa. i. ꝑte orbis tertia dr̄.
prima correpta solere ꝓferri, alioq ꝓducta, sic & apud Homerꝝ in. ĳ. Iliados rapsodię ασιω
εν λειμωνι quo intelligi Lydiã enarratores Apollonĳ cõmẽti sunt. Eustathius nõ ꝓlatum id
ασιω loco datiui tanq̄ ασιανω affirmauit, sed loco genitiui, veluti diceret ασιου κοινωσ, vt
κοκλιου & Ionice ασιεω. ut apud Herodotũ inuenit, & facta syncopi ασιω secutus vt mihi
videt̃ Stephanũ, q id prius annotauit. Adiecitq̄ Homerꝝ Asiã, sicut & Europã ignorasse. vt
cunq̄ sit, prima ꝓducta poni debet. & ita Homero seruatũ, quẽ multorꝝ cõsensu, Verg. imita-
tus, scripsit. Asia longe pulsa palus. & alibi. Iam varias pelagi volucres & q̄ Asia circũ Dulci-
bus in stagnis rimant̃ prata Caystri. quod etiã ut credã id me mouit, q̄m Cayster Meandrꝝ in-
fluit, ut p̄clare cecinit Dionys. Sunt aũt nõnulli (ut refert Eustathi, q voluerint de Meandri cã-
pis intellexisse Homerꝝ cũ id cecinit ασιω εν λειμωνι q̄m in Asia multa florida prata, & ma-
xime q̄ Meandrꝝ circũstent, eãdem mẽsurã obseruauit Ouidius in. x. Metamorp. & in Aside
terra Mœnia constituis positoris habentia nomẽ. paulo post etiã Meandri meminit, ut liq̄dũ
sit de qua Asia v̄ba fecerit. Mille v̄o ꝓ numero, ob magnitudinẽ minime terminato. ¶ De-
lubra tẽpla. Delubrꝝ dictũ est lignũ delibratũ, hoc est nudatũ libro. i. cortice, & ꝓ deorꝝ simu- Delubrꝝ
lachro positũ, ut Festus voluit. Varro locũ arbitratus est esse dicati simulachri, ut cãdelabrꝝ di-
cimus locũ cãdelæ, sunt q malint delubra multarꝝ esse ędium sub vno tecto. aliĳ aliter, ut apd'
Asconiũ & alios videri p̄t. nos delubra ꝓ tẽplis accipim⁹. ¶ Potẽtũ. ditiorꝝ. ¶ Struxerat, cõpo-
suerat, ædificauerat, dicauerat. ¶ Delusa. decepta, ludificata, insano fauore, inani existimatiõe,
& vano penitus ac stolido pituræ hũanæ famæ rumusculo. Multa sane fuere in cã, cur hoĩes
ad idololatriã adeo ꝓpẽsi fuerũt, inter q̄s potẽtiorꝝ & ꝓmissa & minæ, ut scripsi in. iiĳ. etiã de
rerum p̄notõe, & nõ nihil suo loco in ꝓgressu aget̃. ¶ Creta Iouẽ tulerat. Nũc ad ea q̄ in vni-
uersam ꝓposueramus, ꝑticularius explicãda descẽdimus, sumẽtes initiũ a Ioue, q hõ scelestus
ꝓ deo est habitus, ut hinc Cristi bñficia in hũanũ genus clarescere incipiãt. eius em̃ legis p̄cellẽ-
ti bñficio, veteres dĳ, hoc est dæmones cũ suo principe, a mũdi tyrãnide, ꝓrsus depulsi fuerũt.
gẽtes itaq̄ Iouem deorꝝ summũ arbitrabant̃. nec vno cõtenti plurimos inuexerũt, adeo vt
nõ ꝑuo numero Varro cõtentus fuerit, idip̄mq̄ in ora gentiũ florẽs ingescit. Cretę aũt rex fu-
it & Saturni filius Iupiter. ¶ Cui cœlũ vana vetustas. Cui diuini honores, vanæ vetustatis cõ- Vanus
sensu tributi sunt. Vanus idẽ q & stultus, ut duob⁹ explicat locis Seruius. ut aũt Gellius voluit
auctoritate Apollinaris, mẽdax & infidus, & leuia inaniaq̄ ꝓ grauib⁹ & veris astutissime cõ-
ponẽs. sed nec displicuit Seruio Vanũ dici eũ. q sine vtilitate mentit̃, & q fallax est, & inaniter
iactabũdus. Donatus vanũ dicit quod fieri nõ p̄t. itẽ quod nec possibile nec verisimile, atq fal-
sum in priorẽ sensũ videt̃ in sacris lr̃is accipi, vbi dr̃ vanos esse oẽs hoĩes q̄bus nõ subest scia
dei. q̄ pacto & Parisiẽsibus theologis dr̄, vanũ esse qd' sibi debitũ finẽ minime cõseq̄tur, ut alɿs
diximus. Vane itaq̄ Ioui tributi sunt diuini honores, & ab eo multi eodẽ noĩe reges, multiq̄
Saturni, q̄tẽm Saturni ut inq̄t Xenophon, tot Rheæ, q̄t Ioues tot Iunones extitere. Hũc ip̄m Iupiter
Iouẽ, ꝓ aere physice nõnulli interp̄tati sunt, q̄s secuti poetę, vñ Horat. manet sub Ioue frigido
venator, & Calphurni. Dũ peragit vernũ Iouis incõstantia tẽpus. sic & aliĳ, vt publicus olim
pene vsus obtinuerit, ut sub diuo, hoc est sub aere & aperto cœlo diceretur. Item pro mundi
anima, qui altius aliquanto conscendere visi sunt Iouem desumpsere, tametsi ima nõ deserue-
rint, qd' em̃ est apud latinos Iupiter a iuuãdo dictus, ita apud græcos ζευσ, q a ut inq̄t Phurnu-
tus cã eẽt τοισ ζωσι του ζειν, hoc est viuẽtib⁹ viuẽdi cã, quẽ auctorẽ multos Platonicorum ζευσ
hac in ip̄a re secutos arbitror, & p̄cipue Apuleiũ, sed & απο του ζειν. i. a feruore sup̄mã illã ꝑ-

tem aeris nōnulli sumpsere. Firmianus eō dictū putat, q̄ primus ex liberis Saturni marib⁹ vi
διεος xerit, idem & διειος dictus απο του διευειν, hoc est ab irrigādo & p̄bendo humorē, cuius ge
nerādi casus esset διιος, quā ætymologiā fortasse Maro secutus eū cecinit. Tum pater omipo
Dios tens fœcūdis imbribus æther Cōiugis in lætæ gremiū descēdit. & añ illum Marcus Varro, q̄
Iouem ꝑ aere de re differens rustica inuocādo suscepit. Eustath. in cōmētarijs in Iliadē scribit
q̄drifariā apd' veteres Iouē dictū ζευσ διοσ παρα το ζω η παρα το διευω, ad hęc & ζην ζηνοσ
Gragus & ζαν ζανοσ. Cęteꝝ apud varias gētes, varia noīa obtinuit, vñ in Lycia Iupiter Crag⁹ colebat̄
drym̄ni⁹ apud Pamphilios dicebat̄ Drymnius, apud Tyrios Promanthius, apud Chios Aethiops &
Proman Gyrapsius, hinc apud Lycophronē ο δρυμνιοσ δαιμων προμανθευσ αιθιοψ γυραψιοσ.
thius Alij Iouem putauere cœlū esse ut Crates. Alij spūm, placuit Senecæ assectatori stoicæ discipli
æthiops næ, in. ij. naturalium q̄stionū, Iouem esse rectorē & custodē vniuersi, animū ac spm̄ mūdi pos
Gyrapsi⁹ seq; eūdem vocari, fatum, ꝓuidētiam, naturā, mūdū. Veteres historiæ Iouē hoīem dixere, Cre
tæ regem, Saturni filiū, tamēsi alibi regnasse Iouem nōnulli voluerūt, nam Iouis Beli apud
Chaldæas & Persicas historias mētio est, tanq̄ regis Assyrioꝝ. & apud Diodoꝝ ꝓditū ē me
moriæ, Osiridē aurea tēpla Ioui cœlesti, & Ioui parēti cōstituisse. eūdem tñ illū Asyriū nō fuisse
q̄ & Cretēsis, cū regni, tum tempoꝝ diuersitate constat. regni q̄ ille in Asia principatus est. hic
in Europa, tempoꝝ q̄m Thallus ut retulit Theophilus, mox Firmianus Saturni tempe vixit,
& ambo simul adoleuerūt. Fuit āt. CCC. & . xxij. annis añ bellū Troianū. Alij dixerūt Neptu
no maritima loca & insulas in sortem cecidisse, Plutoni, cui cognomē Agesilao fuit, occidētis
oram, Ioui plagam orietalē obtigisse. ut mittā q̄ Platonici dixerint, & q̄uo istiusmodi fabu
las, ad naturā trahere sategerint, nam vel eoꝝ oēs vel plurimi, in tēplis statuas venerabant̄, q̄
Iouis terreni regis putabant̄, q̄ in cœlū cōcessisset, sed q̄q̄ ip̄m crederēt hoīem fuisse, varia tñ
de eo & dissona ꝓtulere, adeo ut de patria quoq; dubitauerint. Nam & si pene oēs Cretēsem
dicerēt, nōnulli tñ Archada cōtenderūt, vñ illa Callimachi in eius ip̄ius hymno carmīa πωσ
και νυν δικταιον αεισομεν η ελυκαιον. Ευδοιη μαλα θυμοσ επι γενοσ. αμφηριστον. ζευ
σεμεν ιδαιοισι εν ουρεσι φασι γενεσθε. Ζευσεδενι αρκαδιη ποτερι πατερ εψευσαντο.
Κρητεσ αει ψευσται. και γαρ ταφον ωανασειω Κρητεσ ετεκτηναντο συ δουθανεσ εσ
σι γαρ αει. quos ita in latinū totidē ỽsibus (ut aliq̄n soliti) cōuertamus. At nūc dictæum cātabi
mus an ne Lycæum? Namq; genus dubiū est, & mens male conscia facti. Iuppiter Ideis genitū
te in montibus illi. Arcada te ꝑhibēt, alij q̄ falsa locuti? Mendaces etem̄ Cretēses semꝑ inanem.
Quando q̄dem tumultū tibi rex victure dicarūt. Dubitabat̄ itaq; Dictæus esset an Lycæus Iu
piter, hoc est Cretensis haberet̄ an Arcas. Dicton q̄ppe mons insulæ Cretæ apud Aratum et
Cretēses alios, aliter tamen visum Straboni & alijs, & etiam nescio quo pacto Dictæus mōs Cretæ dr̄
Mēdaces Seruio. & Lycæus mons est Arcadiæ Pani & Dianæ sacer. Verg. Panos de more Lycæi. & Sta
Dicton tius. Illas e lucis Hecate speculata Lycæis. & vrbs quoq; Lycæa est & locus Atticæ, lyceus a Ly
Lycæus co Pandyonis, auctore Pausania, mox & lyceum gymnasiū Aristoteli gratissimū, constitutū
a Pisistrato, ut placuit Theopompo, ab Atheniēsibus vero ut Philochoro. legi tñ apud The
ocritū κατορεα μακρα λυκαιου, suꝑ q̄bus ỽbis eius grǽcus enarrator, voluit lycea loca di
ci a Calisto filia Lycaonis, quæ videlicet ibi sepulta fuerit a Mercurio, quam postea Aratus fa
bulando inter stellas retulerit. itaq; cū alteri Idæum Iouem diceret, alteri Lycæum. Alteri inquit
Callimachus mentiunt̄, & mentiunt̄ Cretenses, q̄m Cretenses semꝑ mendaces. Hoc aūt hemi
stichium κρητεσ αει ψευσται, sumpsit Callimachus ex Epimenide Cretensi, cuius integꝝ car
men Paulus Ap̄ls in ep̄la ad Titum inseruit, cum ipsum Epimenidem ꝓprium Cretensiū ꝓ
phetā asseuerās. sed cur ita eū appellauerit Ap̄ls, alij alia, & nos q̄d' cōsentaneū ē, visum retuli
mus in. ij. opis nostri lib. de reꝝ p̄notōe. Vñ āt euenerit, ut Epimenides mēdacij noīe Cretēses
taxauerit, nihil mihi magis cōstat, q̄ q̄d' apud Athanasiū theologū legi, q̄ Pauli ỽba enarrās,
īdignatū Epimenidē ait zelo patrij dei, cui sepulchꝝ cōdidissent, quē secut⁹ fortasse Papini⁹ di
xit. Mētitaq; manes, Creta tuos. & illud q̄q; Martial. ea forte de cā cecinit, Iupiter Idæi risit mē
dacia busti. sed & cōijci q̄q; p̄t ex eo id euenisse, q̄d' ꝓuerbiū erat, cretissare, ꝑ mētiri ab Idome
neo tractū Cretēsi, q̄ Troiana spolia Gręcis diuidēs, potiora sibi desūpsisset, sed q̄ Epimenidē
añ troica fuisse scribūt, ip̄a cōiectura nō duceret̄, q̄ nā ỽo de cā Calimach⁹ idip̄m ī illos crimē
irrogauerit, ex e⁹ poetę græco enarratore colligit̄, affirmāte fuisse in Creta Minois monumē
tū Iouis filij, c⁹ talis erat inscriptio. Minois Iouis sepulchꝝ, factū āt ut vetustate īscriptōis exor
diū aboleret̄, q̄re illud dūtaxat derelictū, Iouis sepulchꝝ, inde euenisse ut se habere Iouis sepul
chꝝ Cretēses iactarēt, aut inde etiā emersisse, q̄ Corybātes id cōfinxerint, Saturni metu Iouē oc

cultantes. Alia de Iouis ſepulchro,& facinoribus nota apud Firmianũ, Auguſtinũ. Cypria/
nũ, Prudentiũ, alios videre cõmode potes. Illud addã nõ cõueniſſe etiã ſi Cretẽſis erat quo tñ
inſulæ loco genitus eſſet. eſt em̃ apud Aratũ δικτον qđ eſſe ꝓmontoriũ Cretæ, in quo nat⁹
ſit Iuppiter, eius poetæ græcus enarrator Theon voluit, ſup ṽbis illis δικτω εν ευωδει. ait
em̃ Dicton eſſe ꝓmontoriũ Cretæ, Idæ mõti ꝓpinquũ, vbi eſſet lucus Iouis Alyſij. & paulo Dicton
poſt, ait genitũ Iouẽ in Dicto. tranſlatũ ãt de hinc ad antꝛ Idæ. Zenodotus ṽo Mallotes, di/
cton ꝓ dictamo accepit, q̃pro
pter ευωδιο appellatũ exiſti/
mauit, eamq; herbam facili/
tati ꝑtus conferre, videri ꝓ/
ptereaq; Ilythyã dictamo co/

Contulit, & terra pulſum, regnare per axes
Saturnum immotos confinxerat Itala pubes.

ronari ſolere, qđ etiã ab Euphorione memoriæ mãdatũ eſt. hanc gñis ambiguitatẽ nõ latuiſ/
ſe Vergi. ut exiſtimẽ illud me mouet, qđ tametſi in Georgicis dicat de apibus, Dicteo cœli regẽ
pauere ſub antro. & in. iij. Aene. Creta Iouis magni medio iacet inſula põto. in. viij. tñ ad Euã/
drum Arcadẽ cũ Aenea ita de Tarpeia ſede loquẽtẽ, introducit. Hoc nemus hũc inqt frondo
ſo ṽtice collẽ Quis deus incertũ eſt habitat deus Arcades ipm Credũt ſe vidiſſe Iouẽ, alluſit
fortaſſe Callimacho, a quo cum multa in ſuã poeſim trãſtuliſſe, q vtrũq; ꝓpenderit, facile iu/
dicarint. ¶ Et terra pulſum. Ferebãt Saturnũ pulſum a Ioue filio, fugiſſe in eã ꝑtem Italiæ, q̃ La
tium dr̃, ibiq; latuiſſe, & ex eo latij fluxiſſe nomẽ, his qm̃ latuiſſet tutus in oris, ut Maro cecinit, Saturnus
q̃q̃ a Latino Latiũ Varro deducit. Saturno poſtea Itali & templa & aras, & cogminã vrbem
ſtatuerunt. a Saturno em̃ vt Cato Portius inqt in libro de originibus, Saturnia olim qđ nũc
Capitolium, & ab ea late Saturnia terra, & Verg. quoq;, parens inqt frugum Saturnia tellus,
quod cognominis aduſq; tempa Columellæ ſeruatum, vnde eius hęc verba. Itaq; in hoc La
tio & Saturnia terra. Eum dixere defunctum ſupra ſex cœloꝝ orbes collocatum, quem tamẽ
patrium ſolum non ſuſtinuit, neq; em̃ ſanctis moribus ꝓditus inuidia exulauit, vt multis cõ/
tigit, mœchum fuiſſe fama ferebat, vnde in equum conuerſum petulans animal, & ut Ari/
ſtoteles ait, omnium tam marium q̃ fœminarum præter hominem ſalaciſſimum, confinxe/
runt. hinc illud Verg. Talis & ipſe iubam ceruice effudit equina Coniugis aduentu pernix Sa/
turnus, & altum Pelion hinnitu fugiens impleuit equino. Dixerunt em̃ ab eo compreſſam
Phylirem, ex qua Chyron natus ſit. At forte poſt exilium & fugam continuit, Theſſalicis dũ
taxat puellis infeſtus. Sed vnde illud Aurelij Prudenti contra Symmachũ? Tuſcis namq; ille
puellis Primus adhinniuit ſimulato numine mœchus. ſed em̃ apud ipſos quoq; Romanos de
Saturno varia prodebantur, inter quæ illud apud Halicarneſeum in Romana hiſtoria ουτε
ζευσ καταλυων την κρονου δυναστειαν, hoc eſt neq; Iuppiter Saturni principatum diſſol
uit. ¶ Regnare per immotos axes. Dicitur regno in vrbe, ut notant antiqui & vſu comproba
tur, mutauimus ꝓpoſitõnem, ut cui tantum de te licuit, pro in te. diximus autem axes immo/ Axis
tos propter tarditatem, nam triginta annis eius orbis reuolutio conficiť. Axes ãt ꝓ cœlo ſum
pti pene ab oĩbus, q̃q̃ axis ꝓprie, iuſta ſñiam Platonici Procli, dr̃ ipſa linea q̃ mũdũ dimetiť,
& Theon ſcribit axem imaginariã eſſe lineã, cuius pũcta poli nuncupanť. Et termini quoq; Poli.
ipſius axis poli dicunť, eo aũt dictus eſt axis, qđ circa ipm agať cœlũ, poli ṽo qm̃ circa ipſos
cœlũ ṽtať, nec diſſentit ab Ariſtotele, q in li. de mũdo ad Alexandꝝ appellat eos σημεια πε/
ρι α οπασ κοσμοσ κινειται, hoc eſt ſigna circa q̃ totus mũdus moueť. Qui ṽo de conſti/
tutõe ſpæræ arateæ conſcripſit αξων inqt λεγεται επι περι αυτον ο ουρανοσ αγεται
πολοι δε επι περι αυτουσ ο ουρανοσ πολειται. hinc latini polum ṽticem dixere. Ver
gil.. Hic vertex nobis ſemꝑ ſublimis, at illum Sub pedibus ſtyx atra videt maneſq; ꝓfundi.
borealem innuens, quem nos aſpicimus, & auſtralem noſtro hemiſphęrio ꝓrſus abſconditũ
qui tamen in vſu eſt Luſitanis nautis, Indicæ nauigationi magno ſtudio incumbentibus. Ali/
qui nihilominus axem & polum idem exiſtimarũt, vnde Germanicus Cæſar ait, determinat
axem quẽ graij dixere polum. & miror virũ gręce peritũ idipſum ſcripſiſſe, ſi tñ menda caret
exemplar, miror etiam ſed alia de cauſa. Lutatiũ ſup illis Papinij verbis. Sed fœda ſilentis aura
poli, dixiſſe polum eſſe circuitum q in ſe totum continet, cũ tñ poli pũcta ſint, q̃q̃ ad aliud ſi/
gnificandum ſumi queunt. ¶ Itala pubes. Iuuentus Italica, ſynechdoche lexeos, nam per pubẽ Italia eius
homines intelligunť. ſed & innuiť non ſenum ſed adoleſcentiũ, q paꝝ ſolent valere pruden/ noĩa.
tia, id opis fuiſſe. Italia vero ex duce, ut Vergilio & alijs placuit, nec ſolũ id nomẽ ei, ſed ex di/
uerſis ducib⁹ diuerſa, ut Cato de origib⁹ diſſerit, nã & Ianicula, & Saturnia, & Heſpia, & Oeno

tria,& aliter etiam nūcupata,a Iano q̄dem ianicula,a Saturno saturnia.ab Hespero Atlantis
fratre,hesperia.ab Italo rege Siciliæ,italia,ab Oenotrio rege Sabinoꝶ,œnotria,ut Varro vo
luit,q̄q̄ & a vino creditū est nomen illi fuisse.Aristo.in.vij.Politicoꝶ,Italum Oenotriæ re
gem italis nomē dedisse voluit,q prius Oenotrij dicerent.Oenotriū āt nō œnotrum scribit
Cato in lib.de originibus,nec Sabinoꝶ regem facit ut Varro,sed Arcadū,eumq; post Tro
iam cōditam adnauigasse in Calabriā tradit,authore Antiocho Syracusano.Alij a vitulis ita
liam dici voluere,quoniā ma
gna in ea eoꝶ copia,q & itali
veteri græcoꝶ lingua dicebā
tur,Timeo & Varrone aucto

**Mercurio, Marti, Veneri, Phœbo, atq; sorori**

ribus.eadē Ausonia & Tyrrhenia nūcupata,q̄ Saturni hospita,magis ei cōtulit q̄ patria Cre
Creta. ta,a qua vi filij Iouis exulauit.Est aūt Creta celeberrima insula Curetis habitatoribus,ut aliq
volunt,ita nūcupata,quasi curetam dixeris,addita syncopi.alij a Crete quodam Iouis & Ideę
filio. Arrianus maluit vt Cres nomen insulæ fecerit,a quo.s.Crete,hic ferē Iouem in Dictæo,
monte absconditū,ab iniuria Saturni liberasse.Archias Creetā appellauit pleonasmo e lite
ræ,ut notat Eustathius,sed ante illū Archilochus id fecerat,ut notauit Stephanus,sed & p syn
copen Cretē nōnulli dixere.Alij a Crete,quæ vna fuerit Hesperidū,nomē insulæ fuisse volūt
mercuri9 vocata item aeria terrestris idæa & poetice apud græcos Crete & Cres,Cretos,& alijs etiā no
minibus,ut est apud Stephanū videre,¶ Mercurio.Iouis filio & Maiæ in Arcadia genito,de
quo Homerus in ip̄ius hymno,Aratus.Verg. Horat.alij.Nonnulli Maiam Vulcani vxorē
dixere,quæ tū Maiesta diceret,authore Pisone,Cornelius terrā dixit matrem Mercurij,huic
inuentōem furti acceptā retulere,de quo Firmianus ait,fur & nebulo Mercurius.atq; hinc Pru
dentius cecinit.Exptes furandi homines hac imbuit arte Mercurius Maia genitus.Idem p̄sti
gij auctor & magiæ creditus,vñ apud eundē.Murmura nam magico tenues excire figuras,
Atq; sepulchrales scite incantare fauillas.&,ppterea finxerūt supis & iferis cōmune numē esse
Mercurij,& ministrare dijs,vnde camillos & camillas in sacris ministras vocabāt,& Hetru
sca lingua Mercurius Camillus dicebatē,auctore Seruio.Mercurius idem triceps a Lycophro
ne vocatē,cum ait νωνακριατησ τρικεφαλοσ φελεοσ θεοσ,tricipitis aūt appellatōe Dona
tus,q̄m cœlestis maritimus,& terrenus deus est habitus,tres quoq; Mercurios.i.terrenū,supe
rum & infeꝶ posuit Seruius,auctoritate Ciceronis.Sed & q̄nq; ab eo positi sunt,quod & re
fert Firmianus in primo cōtra gentes.Et apud eūdē ip̄m Ciceronē liquet in tertio de natura
deoꝶ,q multitudinē ip̄am deoꝶ,sub vno noīe sæpenumero citat.Sed a gręcis potius q̄ ab
eo q & cōmunis est,& a græcis sumpsit,petenda plurima curauimus.Triceps quoq; dici potu
it,ob naturæ morū,& dialecticæ facultatis disciplinā.autumabant em̄ gentes p̄esse illum elo
quentiæ atq; doctrinæ,eūdem agonibus p̄esse putabāt,& inter alia eius nomina εναγωνιοσ
positū est,de quo in hymno quodā olympico Pindarus οσ αγονασ εχει,& apud eūdē Pin
darum alio in hymno,q in Pythijs reponitē,sed lite non data,qn̄ eum sacrificio dicatū voluit
Timæus,Calimachus Nemieo certamini,Ammonius atq; Calistratus olympico,Dionysius
Phasilete Patathenaicis,in hoc inq̄ hymno ita scribitē,οτεναγωνιοσ ερμασ αιγλαντα τι
θησι κοσμοσ.Eschylus quoq; pari eum nomēclatura signat,inquiens εναγωνιε μαιασ και
διοσ ερμα idem κερδωοσ,quod nomē alij quoq; tributū & στροφαιοσ quoq; & εμπο
λαιοσ et δολιοσ et ηγεμονιοσ διακονοσ et αγγελοσ quod est frequens apud Homeꝶ,
sacrificabātq; illi brachiū animaliū,& linguas auiū quarundā,quoniam & pugil,& athleta,&
eloquens habebatē,nec syncera sed mixta libamina dabant,quoniā mortuis & viuis imperare
somniabāt,sed in primis furandi artem illi tanq̄,ppriam,& ab eo maxime amatā,ab ip̄a na
tiuitate tribuebāt,quod cum ab alijs,tum a Philostrato in imaginibus ita scribitē φασι γαρ
τον ερμην οτε τη μαια εγενετο ερασ του κλεπτειν.Idem palæstræ inuentor habitus,
tamen si id alijs etiamnum referatē acceptū.mercimonijs etiā p̄esse illum dixerunt.vnde no
men effluxit Mercurij,q̄q̄ nōnullis placuit eo id deduci,q medius curreret.Stilbonta quoq;
eundē multi vocitarūt ερμην græci vocant,eūdemq; interp̄tem fabulanē ερμηνευειν autem
apud eos interp̄tari significat,vt cūq; fuerit homo scelestus p deo cultus,& in astra etiam rela
tus,eius quoq; nominis dæmon est apud inferos,quo infestatum sæpenumero Martinum
sanctissim̄ antistitem fuisse Seuerus est author,quod & al's quoq; notauimus,& illum arbi
tror fuisse nequā sp̄ūm,q sibi apud gentes fieri sacra,pcurabat. ¶ Marti,Iunonis filio,scd'm
Mars alios Iouis & Eayo,quā tū alij filiam ip̄ius,alij sororē dixerūt,dictū autem Martem Iouis fili

um Phurnutus philosophus putauit,quoniã ex Ioue animaliũ essent inimicitię,ex qbus emo
lumentũ hoc hominibus ꝑueniebat,ut arma noscerent & generosum qddam & forte sape
rent,isq; ꝓpterea deus belli vocatus,dictus ὑπο αρησ hoc est Mars απο του αιρειν και αναι
ρειν hoc est a tollẽdo & interficiẽdo,vel απο τησ αρησ η εστι βλαβη quæ.s.damnũ est,&
ꝑter has alias quoq; etymologias & diuersa ipsius noĩa exponit.Adoratũ aũt a Thracibus &
Scythis,quoniã apud eos bellica plurimũ exercitia vigent.A Latinis aũt Mars eo dictus est,ꝙ
officiũ bellãdi maribus cõue
nit.Firmianus homicidã fu
isse voluit,& ab Atheniẽsib9
cædis crimine ꝑ gratiã libera

## Latonæ,Cereri,Paniq;,Hecatæq; triformi

tum.¶Veneri.non solũ meretrici,sed & inuentrici artis meretricię,ꝓditũ Ennio,ea & Cypriis **Venus**
mulieribus ꝑsuasit q̃stum corpis facere,ne sola impudicitiæ & virorꝝ appetẽtiæ notam con
traheret.hanc Cypro ortam,& ex spuma maris emersam fabulabant̃,vñ & Cypriæ,& Pa
phiæ,& Amathusiæ,& Amathũtidis illi nomẽ inditũ.Natam Cytheris primũ applicuisse fe
runt,& inde Cythereæ nomẽ.Plures tñ Veneres ut diximus,positæ sunt.¶Phœbo.Soli,di
ctus aũt Phœbus a splẽdore,sed de Solis noĩb9 variis,ꝙ Apollo,Phœb9,Sol,Hyperiõ.Titan **Phœbus**
Osiris,Liber,Mithra,Delius,Cynthius,& cætera non parꝝ multa Macrobius,Capella,alii.dis
seruere.a locis aũt ut plurimũ indita cognomina.Delius eñ ab insula,Cynthius ab insula,sed
rectius a monte,& si qua eiusmodi,quæ Lunæ quoq; pariter cõicata,cui & a loco pari pacto
nomẽ Orthosia,vñ Lycophron illã vocauit τοξοδαμνον ορθωσιαν & Issoria a monte La
coniæ,Stephano Authore.Variiq; varia de illius gñatõe dixere.cõueniũt fere oẽs fabulato
res Solem fratrẽ fuisse Lunæ.Tragici tñ quod & aduertit Theon,eum Lunæ dixere patrẽ,qd
lumen ei.s.affatim ꝑbeat,sed frequẽtius fratris noĩe donatus est. ¶Atq; sorori Lunæ,quæ &
Latonia dicta,qm̃ finxere ex Ioue illam & Latona in Delo natam,sed & nõnulli Thiam Solis
& Lunæ matrẽ fecere,ut Hesiodus θεια η ελιον τεκε μεγαν λαμπρατε σεληνην γ4ναστυ
Europæ,Cuius Beli vita functi,imaginem coluisse dicitur Ninus filius,& ut ab alijs coleret̃,
mandauisse. fuerūt tamen qui dicerent Saturnū Beli ipius patrē ab Assyrijs,p̄ deo cultū. Satur
num inquam qui primus,ut Archilochus & Metasthenes tradūt,Babyloniæ fundamēta iece
rit,q̄ tñ si Beroso stam⁹,a Saturno designata Belus erexit,huic ipo Belo scribit idē Chaldeus

a Nino filium primũ omniũ templũ extructũ,& matri Iunoni & Rheæ auiæ in medio oppi di Babyloniæ statuas erectas fuisse.& Eusebius quoq; in Chronico Belum hunc asserit ab Assyrijs primo deum nominatũ.Beli autẽ nomen ratione minime carere asserit Seruius,quoniam El Solem Assyriorꝫ lingua dici constaret, vnde & helios digammos additione confici beli nomen.¶Beliq; nepotum.Nam succedentibus regibus facile fuit eandẽ appellatõem tribuere.Ab ijs autem & græci dicare statuas didicere,quorꝫ cultum apud illos antiquũ admodum non fuisse,hinc constat ꝙ & pictura & cælandi fingẽdiq; ars statuaria tarde receptę sunt,qppe cum linearum adumbratio,quæ græcis σκιαγραφια dicitur inuenta sita Saurio equum ad Solem delineante.pictura a Cratone Sicyonio,q in tabella de albata viri & fœminœ imaginẽ adumbrauerit,fingendi ars in puellã Corinthiam referẽ,quæ cum Amasij figurã in pariete delineasset,delectatus pater eius vase cõfecto sculpsit imaginẽ & luto compleuit,cuius simulachrꝫ ad sua vsq; tempora in Corintho adseruari scripsit Athenagoras,agens ꝓ christianis apud Marcum Cæsarem.Dædalus postea & Theodorus Milesius statuariã adinuenerũt,quare non vetuste admodũ fabricandis deis gentes incubuerũt.Endius eñ discipulus Dædali in Epheso Dianæ simulachrꝫ molitus est.is idem Palladis imagini faber fuit.Pythius vero Theodori & Theleclei,Delius autem Idectei & Agelionis arte fabricatus est Samiam & Argiuam Iunonem.Similidis manus cõstruxere,sed & Gnidiæ Veneris imaginẽ Praxitelis ars ꝓcudit,simulachrꝫ Aesculapij in Epidauro Phidias extudit,quorꝫ omniũ vetustior Belus,cui statuæ ab Assyrijs erectæ.¶Assyrij.Assy-

Assyriĩ coluere,suis qui ritibus orbem
Eoum tenuere diu,moremq; sinistrum
Subiecti demum populi excepere frequentes.
Sic alias alijs fœdauit ritibus oras

Syrij rij populi Asiæ ab Assyria regione circa Babylonẽ,q & Syrij & Chaldæi nuncupati,caput
Assyrij. regni Babylon erat,quam in Chaldæa qdam ponunt regione.Alij in Ossyria,alij in Parthia sed ob viciniã id factũ arbitror,cõtermine qppe sunt adeo ut facile sibi inuicem nomina cessẽrint.Assyria etiam Syria & Cappadocia dicta est,ut notarũt interp̃tes Apollonij,antiqtus autem & alba Syria dicebatẽ,ꝑ quam Lycus fluuius Syros & Paphlagonas interfluens,in pontũ Euxinũ mittit.Syros autẽ a Syro fabulose deducũt,q fuerit filius Apollinis & Synopes Aso-
Synope pi,a qua postea vrbs ponti Synope denominata sit,sed Assyriam ab Assur,de quo in sacris literis crebra mentio,denominata est.Stephanus Xenophonte fretus,Assyrios voluit esse q circa Babylonẽ,dicíq; ab eo & Assyncos & Assyres.verꝫ de Syris & Assyrijs,& Chaldæis, vberius multo volumine ꝓcedente differemus.¶Suis quiritibus.Qui suis moribus & cõsuetudine eoum orbem orientale regnũ ab aurora,quæ græce ἠὼς dicitẽ,nuncupatũ.¶Tenuere diu.Imperio potiti sunt,mansit eñ apud Assyrios orientis imperiũ annis.xl. supra.M.& CC.donec id Arbaces extincto Sardanapallo in Medos trãstulit.¶Moremq; sinistrum.sup stitõis & idololatriæ,dicitẽ etiam a Lucano sinister mos Dryidarꝫ,ob scelesta sacrificia,morem
Sinister q; sinistrꝫ Gallorꝫ Dryide positis repetitis ab armis,ꝗq; notũ illud sinistrꝫ a sinendo dici solere antiqtus quo ad auguria ptineret.¶Subiecti populi excepere.Vbi eñ puersa cõsuetudo et maxime firmata legibus populis,inoleuit,ꝓpensi adeo redduntẽ,ut non iam agantẽ ex lege ipsa,non ex cõsuetudine firmata,sed quodam veluti innato impulsu & suadente natura,eoq; magis,ꝙ reges id velle,id conari conspiciũt.Siqdem ut Claudianus canit,componitẽ orbis Regis ad exemplũ.¶Sic alias alijs.In vniuersum & summatim cõphendunt supstitões aliẽ, nimis eñ ꝓlixum enarrare singulatim falsos ritus,quos ex ipis non modo gentiũ auctoribꝫ, sed christianis licet cognoscere,& a nostro Augustino pcipue,& Cypriano & Lactantio,sed & Origenes,Eusebius,Tertulianus,& complures græci ea de re literis ꝓdidere,quos elegantissime Thetodoretus emulatẽ,occasiones vero idololatrię describuntẽ,de qbus etiam a nobis aľs tractatũ,itaq; ex amore,ex metu,ex diuersis dæmonũ fallacijs introductus idolorum cultus.Amoris autem initiũ oriẽ,vel ob sperata,vel ob accepta beneficia,vel eo etiam ꝙ in se id quod amatẽ quadam naturæ dignitate dignũ est amore.metus vero aut ex inflicto,aut formidato malo,aut aliqua condictõe,quæ ꝑ se digna sit odio,nascitẽ.Regibus igitẽ,ex qbus in populos vel in filios beneficia extitissent,honor supra modũ defunctis,vel viuis etiã excogitatus ẽ: multi vero ad id patrandũ non amore solũ,sed metu ducebantẽ,potentiorꝫ videlicet regum q idipm veneratõis & cultus instituissent,v̾tutes p̃terea cum bellicæ,tum domesticæ,tũ animi,

tum corporis insigniores aliquos reddiderũt, adeo ut dij similes sint existimati, & diuini pariter illis honores impartiti, suadẽte videlicet & stimulante dæmone, q aduersus humanum genus crudeles semp inimicitias exercuit, itaq; alias oras alijs ritibus. ¶ Fœdauit. deturpauit, maculauit, polluit. ¶ Vana supstitio. Crimen idololatriæ. Supstitiosos appellauit Donatus, qui deos timent nimis. & alio loco religiosos pariter nũcupauit, q nimia & supstitiosa religione sese alligabant, id quod & ab alijs quoq; ꝓditum. sed religio & supstitio differũt, pari quoque pacto & religiosus & supstitiosus differre debent, religio qppe in bonã, supstitio ĩ malam ꝑtem sumit, & supstitio nomẽ cõmune est. vanũq; significat, & damnatũ religionis excessum, in multaq; scindit, qua de re cum ab alijs, tũ a me in quarto de reꝝ ꝑnotione multa conspicies. ¶ Nã q iam legibus vrbes fundarunt. Lex iuste lata eximij res

Supstitio

Religio

Vana supstitio. nam qui iam legibus vrbes
Fundarunt, rigido strauerunt mœnia bello
Et varias docile ingenium duxere per artes
His quondam miseris mortalibus inclyta laudũ
Commenta, & claros diuum sacrauit honores.
Ollis templa, focos, aras, delusa maligno
Dæmone constituit, falsis qui vocibus orbem

est in populos beneficij, quo fundant stabiliunturq; vrbes, & ciues tanq̃ frenant pœnis, & a vicijs abducunt. ꝑmijs vero & decretis honoribus, ad capessendas ꝟtutes cõcitant. ¶ Rigido strauerũt. Ipi quoq; reges q insignes fecissent iniurias, aut illatas reposuissent, apud rude vulgus supra homines putabãtur, & digni heroũ ac diuum nominibus. Fundarunt & strauerũt syncope figura posita sunt & homœoteleuta, de qbus ꝑter grȩcos, Quintilianus, Gellius, Donatus, Seruius, Diomedes. ¶ Et varias docile. quod facile doceri potest docile dicimus, sicuti indocile Seruius quod penitus non potest discere, & indoctũ quod nondũ didicit. Sed quod attinet ad sensum carminis. Artium inuẽtio duplicẽ in se habet rõnem honoris conferẽdi ijs q inuenere, nam & ingeniũ cõmendat auctoris, & beneficiũ confert, vbi in mediũ deprompta est, quapropter diuini honores non difficulter mortalibus tributi. Docile autem ingeniũ dicit, qa hominis natura ad noscendũ apta & nata est, vñ Aristoteles in prima philosophia desideriũ sciendi a natura insertũ censuit. ¶ Inclyta laudũ. Gloriosa & clara honoꝝ & laudũ nomina & appellatões. ¶ Cõmenta. non aũt vera sed ficta, & commẽticia, quæ scilicet hoĩes ijs qbus diximus, ꝓstygijs allucinati cõstituerint. ¶ Ollis. ꝓ illis. anthitesi figura dicit; olli ꝓ illi, & ꝓ tũc ut Seruius notat, frequẽterq; ea dictione antiq vsi sunt, & etiã Vergilius olli sic breuiter, & iteꝝ, olli subrisit. ¶ Templa. ædes publicas, ut dijs cõsecratas. ¶ Focos. ꝑticularia & domestica receptacula, ut dijs penatibus qbus domus curã creditã autumabãt. hinc Veste penetralia, cui inextinguibilis ignis, ꝓcurabat, hinc lararia illa, vbi ꝑticulariũ deoꝝ imagines, in qbus ꝑcipua ponebat fiducia. ¶ Aras. in templis constructas, vbi singuli & interdum plures colebãtur dij. ¶ Delusa maligno. Hæc aũt ꝓcurabant a diabolo magna solertia, q oraculoꝝ fallacia miꝝ in modũ fatuis illis & miseris gentibus imponebat, easq; adeo diuinitatis opinione excȩcauerat, exoculaueratq;, ut in nulla non flagitia facillime traheret. ¶ Dæmone. dæmon vel a scientia dr ut notissimũ est, vel q placet Eusebio a terrore, ut alĩs disseruimus. diabolus autem ἀπὸ τοῦ διαβάλλειν. quod est calũniari, idq; illi obtigit ex prima in primos homines calumnia, ut scribit Iustinus phũs & martyr, eo ꝟo q apud homines deum calũniatus fuit, scribit Theodoretus, & eoꝝ principẽ Sathanan, hebræa lingua dictũ apostatã, hoc est desertorẽ significare. ¶ Falsis vocibus. oraculoꝝ responsis sæpenumero falsis, sp ambiguis. ¶ Orbẽ attonitũ. gẽtes attonitas. Attonitũ dixere grãmatici eum q tonitrui sonitu, & vicini fulminis crepitu, stupefactus est, mirabant aũt prisci illi insolitas dæmonũ voces, & in stuporem ꝟtebantur, nam cœperũt fundi oracula, priusq̃ culta essent ingenia, & philosophiæ studio detersa, ut est ab Eusebio animaduersum. tum eñ ignorantia stupidi homines facilius decipiebant. Attonitũ item futuroꝝ ꝑdictõe, & stupore reꝝ mirabiliũ, quȩ vel ꝓmittebãt, vel minabant, suadebant eñ deoꝝ plurium cultum, sacrificia imperabant, idq; ni facerent decretas pœnas, si facerent ꝑmia nunciabant, reddita voce de simulachris, de templis, de specubis, de antris, de arboribus, de hoĩbus furore ꝑcitis, & hoc pacto ad colẽda idola gẽtes ꝑtrahebãt, qđ nec Marco & Cõmodo Cæsaribus erubuit ingerere phũs Athenagoras, dum christianoꝝ legatõnẽ fungeretur. καὶ οἱ μὲν περὶ τὰ εἴδωλα αὐτοὺς ἕλκοντες οἱ δαίμονές εἰσιν.

Docile. Indocilis Indoctus

Olli. antithesis

Focos

Dæmon Diabolus. Sathan.

Attonitũ

Hoĩes dei habiti.

¶Facile in ſua iura redegit.hoc pacto in ſua iura,quia vt ſcriptum eſt.Qui facit peccatum,ſeruus eſt peccati,qui diabolo ſe dedidit,eius ſeruus effic̃t,indeq; eos in ſua deſideria,in ea q̃ optabant facinora deducebant,adeo vt ſibi etiam ſacrificari mandarent humanas victimas,vt apud Strabonem & alios ex gentibus.apud Theodoretũ & pleroſq; ex noſtris videre datur,quin & eo inſanię deuenerunt gentes ſuaſu dæmonũ,vt uouerent ſeipſos,aut alios interimere,nec ſolum hoſtes,ut eſt apud Diodoꝶ in.xi.ꝓdentem memoriæ,conueniſſe græcos,qui pro communi libertate contra Xerxem pugnabant,decimam ſe dijs daturos eorum qui ex ſuis ad Perſas defecerãt,ſi prælio caperent̃,eam autẽ auctoritatẽ praua dæmonia ſibi ad

Attonitum flectens facile in ſua iura redegit

ſciuerant,nacta extimatõem aliquam nimiam diuinitatis ex prænuntiatõe venturi.Nec temere a gentibus in deorum numeꝶ ſuſceptũ videas,qui diuinatõem aliquam,pręſenſionemq; futuroꝶ non præ ſe tulerit.hinc vt puto miratus Pauſanias eſt,cur Melampodi Amithaonis filio ſacra fierent,& quot annis eius feſta celebrarent̃.cum nec per ſomnia,nec aliquo alio pacto vaticinia redderet.dæmones itaq;,præter ea quæ diximus,fuere in cauſa,vti reges illi priſci colerent̃,ut ij etiam qui poteſtate magna,qui corporis robore celebres fuiſſent,q legibus vrbes fundaſſent,qui pulcritudine præſtitiſſent pro dijs haberent̃.Scribit Fabius pictor in aureo illo ſæculo principes,quoniam iuſti & religionibus dediti eſſent,& habitos & dictos fuiſſe deos.& Firmianus in primo aduerſus gentes,ſcribit reges maximos ac potẽtiſſimos,& ob adulationem præſentis potentiæ,& ob merita ſuarum virtutum,aut munerũ,aut artium repertarum,in memoriam fuiſſe conſecratos.Cicero quoq; differens de natura deorum,& de legibus,& in Tuſculanis diſputans,ſcribit multos beneficijs in cœlum fama & volũtate ſublatos,quemadmodũ Herculem,Aeſculapium,Liberum,Tyndaridas.Idem quoq; canit Horatius,& ꝓpterea vt arbitror,non ſolum Belo vt diximus,ſed Oedipo & Laio regibus,& alijs quoq; delubra condita ſunt.ſic Hercules fortitudine corporis,& Perſeus dei exiſtimati.vnde illud Sibyllæ τουσ δε επισχυικωσ ηρακλεα και περσεα.quæ item alios antiquitate,alios timore,alios artibus deos exiſtimatos aſſerit multis carminibus,quæ ſunt apud Athenagoram,ſic Laconum illoꝶ qui in Thermopylis aduerſus Xerxem ſub Leonida ceciderũt,ſepulchrum vocauit altare Symonides poeta multis carminibus,quæ legimus apud Diodoꝶ in vndecimo hiſtoriaꝶ.Sic Xamolſis legiſlator pro deo habitus,Herodoto auctore.Apđ Scythas quoq; Oreſtes,ob amicitiã cultus,vt Lucianus ait & apud Tauroſcythas,Herodoti teſtimonio,culta Iphigenia & Helena,ob mirum pulchritudinis decus,credita dea eſt.ſi illi ipſi hiſtorico,& Iſocrati rhetori,& Athenagoræ ſtamus,eandemq; quoniã diu vixiſſet,Seruius immortalem nugatus eſt,& apud Ilienſes Hector eſt pariter deus habitus.Aeaco item duci phanum erectum eſt.Mario quoq; dum nuncium de Cymbrica victoria Romæ perlatũ eſſet,tẽporarij honores ſupra hominẽ exhibiti.Lacedæmonij Agamennonẽ coluerunt & Menelaum,ac vt inquit Athenagoras θυουσι αυτο και εορτα ζουσι,quid?q; & Talthybius eius ꝑco,diuinos honores obtinuit Smyrnæ.Item delubꝶ Homero poetæ conditũ,ut ſcribit Cicero in orõne pro Archia.& apud Gelliũ extat Varronis epigramma,quo ſignificat arietem illi in honorẽ cedi ſolere,qua forte de cauſa memorans illũ Columella dixit,nec parens eloquẽtiæ deus ille Mœonius,vaſtiſſimis fluminibus eloquentiæ ſuæ poſteritatis ſtudia reſtinxerat:Prima pars veram eſt laudem imitata,non græcoꝶ modo,qui principem faciunt Homeꝶ totius literaturæ,ſed Latinoꝶ conſenſu.nam Victruuius eum non modo parẽtem poetarũ,ſed omnis philologiæ ducem appellauerat.Plinius literaꝶ principem.noſter Hieronymus,nec ſemel poetam eloquentiſſimũ nuncupauit,& Iuſtianus imperator omnis virtutis parentem appellauit.vt Quintilianũ & Criticos taceam.Secunda vero vanæ famę & inani rumuſculo freta,dei nomine abuſa ẽ.Præter hæc Euchimus pugil,& viuus & mortuus diuinos honores obtinuit,de quo Pauſanias Aelianus,Plinius,& Hermolaus,quem citare par eſt,quoniam locum Plinij docte caſtigauit,in quo pro pycta,id eſt pugili poeta iacebat.Cleomedes itẽ pugil,Apollinis oraculo iuſſus haberi,ꝓ deo,vt noſter prodit Theodoretus & Pyxiodorus cui poſtea Euangelo nomen fuit,ob marmoris inuentõnem,auctore Victruuio,dei nomine dignas veneratões obtinuit.Ariſteus quoq;,ut eſt colligere apud Pindaꝶ in Pythionicis,pro deo & Apolline ipſo deſumptus,quoniam mellis,& ut aliqui etiã volunt,olei primus excogitauit vſum,& cõmunem fecit.Hinc vt arbitror Vergilius occaſionẽ ſumpſit.Ariſteo referẽdi acceptam artem apum reparandaꝶ,Ariſteum autem eundem qui & Iuppiter & Apollo

Chiȷ̃ putauerunt.prius vero q̃ Ariſtei vocabulo nuncuparet̃,voluit Pindarus & Iouis & Caſti Apollinis nomen ſortitũ.apud interpretes Apolloniȷ modo Caſtus,modo Apollo,idẽ Ariſteus ſed αγρευσ και νομιοσ,dicebat̃ idq; etiam non diſplicuit Heſiodo.alium aũt in Libya.ip̃m vero in Cæa dumtaxat primũ mellis conficiendi,atq; olei artem inueniſſe volunt,quapropter illum,ſi ſtamus Seruio,inuocauit Vergilius canens.Et cultor nemorum cui pinguia Cææ Tercentũ niuei tondent dumeta iuuenci.Quattuor vero fuiſſe Ariſteos,Bacchilides auctor eſt Cariſti,Cheronis,Terre,Cyrenis filios. Hic aũt ꝓ deo cultus eſt mellis cõficiendi peritia.Columella tamen Ariſtei & Triptolemi prudentiã in agrorum ſoliq; motione concelebrat.Phycalus quoq; auctore Pauſania,ob fici plantã quam Cereris nuncupat,in Atticã regionem deuectam,diuinos honores obtinuit.& Vergil.ob accepta beneficia Auguſtum dixit deum in Aegloga prima.Namq; erit ille mihi ſemꝑ deus,illius aram Sæpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus.Idq; ab eo dictũ ꝓpterea voluit Seruius,quoniã viuo illi templa ſtructa fuerant.Et huic adſtipulant̃ illa Horatiȷ carmina,Præſentiq; tibi meritos largimur honores,Iurandaſq; tuũ ꝑ nomen ponimus aras.Idq; ip̃m aliȷs etiam Romanoꝝ Imperatoribus tributũ,ſumpto initio ab Auguſto,de quo etiam Proꝑtius cecinerat adulando,Arma deus Cæſar dites meditat̃ ad Indos,Sed & Semiramim libidinibus & cædibus immerſam Syri coluere,illiq; Syriæ deæ nomenclaturã fecerunt Athenienſes Celenum & Metaniram deos conſtituerũt.Mauri Iubã coluerunt.Sabini Sabum,Romani Romulũ gentis conditores.Macedones Gabyꝝ,Thaſiȷ Theagenem,ſub quo cædes in olympiȷs facta.Samiȷ Lyſandꝝ poſt tot mala,tot cędes deum ſibi ꝓpoſuerunt.Siculi Philippũ Butacidis.Amathuſiȷ Oneſilaum.Carthaginenſes Amilcarem.Longum eſſet enumerare ſingula,ſat ſit de vnoquoq; genere quæpiam tetigiſſe,ne autẽ nobis male chriſtianus homo regereret,coli a nobis angelos,& homines poſt mortẽ conſecratos eſſe,quos ſanctos beatoſq; dicimus,ſcire conuenit primũ.Angelos bonos,nõ malos dæmones,viros iuſtos & fœminas caſtas,non impuros & ſceleſtos,& meretrices in honore habitas,nec hoꝝ quemq; a nobis vllo pacto deum credi,qui vnũ ſcilicet deum aſſerimus,cuius illi ip̃i ſerui & miniſtri fuerũt,in cœlum bene actæ vitæ meritis recepti,nec nobis ferũt opẽ ex ſe,quod dei eſt ꝓprium,q̱ non pendet ab vllo,verum impetrant nobis ea quia ad deum iũcti ſunt amicitia,quod ip̃i criminibus infecti non poſſemus obtinere,atq; ita nobis vti capite reis patrocinant̃,nec tamẽ omnia p̃bent,ſed quæ ille ip̃is intermediȷs condonare decreuit.vt em̃ Gregorius pontifex ſcripſit,obtineri nequaq̃ poſſunt quæ p̃deſtinata non ſunt,ſed quæ ſancti viri orando efficiunt,ita p̃deſtinata ſunt,ut eoꝝ meritis impetrent̃.quod etiam apparet in ip̃is eccleſiæ p̃cibus,namq; ad ſanctos eas & beatos nõ dirigit,niſi ut orent,ut intercedant,ad ip̃m vero deum ut p̃ſtet,ut largiat̃ ip̃is p̃cibus & meritis ſanctoꝝ,quod nomen poſterioribus ſæculis illis dumtaxat tribuimus,quoꝝ animę fœlices in cœlis degũt.prioribꝰ ꝟo.i.Apoſtoloꝝ temꝑe,& multo etiam poſt,omnibus q̱ ex fide erãt,cõmune fuerat.euenit mox vt ea dumtaxat appellatio iure illis cõgrueret,q̱ eccleſiæ decreto,inter cœlitũ numeꝝ eſſent relati,q̊s etiam honoramus magis,cum credimus eos deo frui,nec eos modo,ſed quotquot fide chriſti & opibus illi congruis ex vita deceſſerũt,eoſq; rediuiuos aſſumpto corꝑe in empyreo cœlo omniũ extimo,fœlices æternũ futuros.Contra illi qui & ſuos quos coluerũt,afficere ſup̃mo honore putabant,ſi in lacteo circulo collocarẽt.quare & Lucanus dixit.Inde Pompeium ridere ſui ludibria trunci.& ante illum Marcus Mallius numina heroũ in illo reponi cecinit,et mundo frui.An fortes animæ dignataq; numina cælo Corꝑibus reſoluta ſuis terræq; remiſſa Huc migrãt ex orbe ſuumq; habitantia cœlum Aethereos viuunt annos,mundoq; fruuntur.Labeo nugatus eſt animas deos fieri,ꝓptereaq; deos animales cõmẽtus eſt,ad compares ſtellas qui ſe philoſophiæ antiſtites crediderunt,redire animas voluere.aliȷ alia,ſed oĩbus ȷ̃s colligitur nos recte,illos ꝑperam feciſſe,plures fingendo deos & inter ſe bellantes & raptores & adulteros,ut eoꝝ ip̃i exemplo ſimilia facinora cõmitterent.Fuit autem in cauſa mentis vitium,ut prauam religionem ſuſciperent,econtra mentis ꝟtute & puritate apti,ad Chriſti religionem ſuſcipiendam priores euaſerunt.nullus deniq; idololatra,non malus,nullus Chriſti ſectator malus.q̃ ſi plures eo gloriant̃ nomine mali,falſo illis appellatio cõuenit,namq; vt ait Athenagoras Ουδεισ χριστιανοσ πονηροσ ει μη υποκρινεται τον λογον.¶Hinc Lycię ſortes.Enarrant̃ oracula p̃ſertim inſigniora,& variæ diuinãdi ſp̃es,q̱bus mortales fallaciſſi- Lyciæ

Hinc Lyciæ ſortes, Deli reſponſa nefaſtæ

mo dæmonum cōmento circūuenti præcipites ruebant, varie autem fallebant homines. In phanis videlicet per oraculoꝝ consulta, per fœminas furentes, p sacerdotū arreptitioꝝ respōsa, per fulgurum præscita, & elementoꝝ aliorum diuinatōnes, sed & p magica complura nugamenta, & per diuinatōem quoq; mortuorum, inferorumq; colloquia, de quibus ordinatim agemus, eorum insanias & fallacias ostensuri. Lyciæ autem sortes vatinium erat Apollinis iuxta Clazomænum Asiæ vrbem, ibiq; nemus Gryneum, vbi colebaẗ Apollo, dictumq; oraculum sortes appellatur. Vergilius. Gryneus Apollo Italiam Lycię iussere capescere sortes. Papinius in octauo. Nec Lyciam supplex consultor adibit. nam colebaẗ ibi Apollo magna supstitione, vnde Pindarus in laudem cuiusdā qui Pythia vicisset certamina, cudēs hymnum ad Apollinem conuersus ait. Λυκιε και Δηλοιο ανασσων Φοιβε. & Vergilius. Qualis vbi hybernam Lyciam Xanthiq; fluenta Deserit, & Delon maternam inuisit Apollo. Sortes autem commune nomen diuinatōis & responsi, ut alias late pbauimus, tametsi species etiam sit diuinatōis, quæ in multa findiẗ, vt diximus olim, & infra nonnihil memores erimus.

Delos

¶ Deli responsa. Delos insula est maris Aegei inter cyclades, apprime nobilis, & templo quōdam & oraculo insignis atq; inclyta, nunc deserta in ea gentes fabulis delusæ, autumarūt natum Apollinem & Dianam ex Latona, & hinc vtrisq; ex Delo cognomen inditū, eius insulæ laudes olim decantatæ, adeo ut Vergilius in .iij. Georg. dixerit. Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos, eos insinuans cateruatim qui de illa cecinissent, & adhuc in eam insulam hymnus extat Calimachi, quam ipse introducit dicētem Αλλυπε μειο Δηλιοσ Απολλων κεκλησεται, hoc est, sed ex me Delius Apollo vocabiẗ. Homerus quoq; in hymno in Apollinem introducit Delum dicētem, ante Latonæ partum futuꝝ in se templū, ex quo redderentur hominibus oracula. Colebaẗ ibi Apollo, & eius oraculū frequenter adibaẗ, ex Tripode vero dabantur responsa, id est ex trium pedum cathedra, hinc apud Calimachū in eo hymno τρι ποδηιοσ εδρι .i. tripus cathedra, quod tamen multis erat oraculis commune.

Ortygia

Huic eidem insulæ fuit ante Ortygia nomen, ut pleriq; volunt a cothurnice, quæ græce ορτυξ vocatur, q̄q; etiam apud Strabonem Ortygia est Ioniæ lucus, & apud Meandrum oppidū Aetoliæ, a quo illi nomen. Homerus autem Ortygiam diuersam facit a Delo, nam in hac Apollinem, in illa insula Dianam natam canit. Την μεν inquit ille εν ορτυγιη την δεκραναη ενι Δηλω Ortygiam illam de qua supra diximus intelligens, fabulati sunt postea Neptunū & Latonam

Calauria

puerbiū.

inter se Delon & Calauriem insulam pmutasse, quemadmodū & Pythonem & Tænaron, ex quo postea tractum est puerbium in pmutantibus æqualia, & ea quoꝝ sibiipsi quisq; facit satis. Delon autem obuenisse Latonæ, & inde puto Vergiliū dixisse, Delon maternam inuisit Apollo, Neptuno autem Calauriam. Calauria aūt insula est ad Myrthoum Pelagus, ad quā exulauit Demosthenes ille Atheniensis orator celeberrimus, fretus securitate asyli Neptuni, quod ibi sacrum erat, nec Antipatri iussu reuulsus a templo, sed hausto veneno sibiipsi mortem intulit, eam insulam tricenoꝝ vt scribit Strabo, stadioꝝ ambitus, & accentu & diphthōgo consueuere veteres a Calauria regione, secernere. hæc em̄ & Calabria & Calauria, illa vero Calabria dicebaẗ. Vocata item Delus pręter alia nomina Cynthus & Pelasgia, & Chlamydia, & Zacynthus, & Scythias. Cæteꝝ vt ad Delum & Ortygiam reuertamur. Alia est Ortygia quæ idem quod Lybia, vt est apud Stephanū. alia cuius mentio in eo hymno Pyndari de quo diximus, certam non esse Græcorū sententiā, cuinam certamini dicatus sit, in quo scribiẗ. Τηλαυγεσιν ανεδησ εν ορτυγιαν στεφανοισ. sup quibus verbis eius enarrator scribit, Ortygiam Cheronessum in Sicilia esse, q̄ quondam insula mox esset coniūcta Syracusis, in ea q̄q; esse Arethusæ fontem voluit Apollini sacrum. Delos autem vocata & Aristotele & aliis auctoribus, quoniam repente dicitur manifestata, Δηλοσ vero apud nos manifestos, sed Aurel. Macrobi. putat eo ita denominatā, ꝙ in ea ortus sit quasi partus luminū qui omnia Δηλα facit, alii ꝙ post Ogygium diluuium primo cōspecta, illustrante sole, vt Solinus putauit. Seruius voluit a veritate oraculoꝝ, cum alibi responsa essent obscura, qđ & putauit Stephanus, quoniam Δηλουσ α ην τα Δυσ ευρετα. Ceteꝝ scribit Plutarchus, Delon montē esse La-

Latonæ partus

coniæ, ppe Tegyrā, ad cuius radices Apollinis olim phanū, sub Enchencrato ad Persicū vsq; bellū vaticiniis claruerit, duosq; iuxta fontes habere lympidis & amenis aqs fluctes, quoꝝ altero palma, altero oliua ad sua vsq; tempa assisteret, enixamq; ibi Latonam, & postea obiecta apri specie se p̄cipitem dedisse ex alta specula, quæ religiose coleret. declarari hinc facile daẗ carmen illud Ouidii, duasq; Latona quondam stirpes pariente retentas. Item v̄siculi illi Catulliani, hactenus fortasse non a plerisq; cogniti. Quam mater ppe Deliā Deposuit oliuam. Cre

debam incognitũ hoc plerisq;,sed & in Lilij Gregorij nostri obseruatõnibus primo,mox et in cõmentarijs docti cuiusdam viri idipm obseruatũ & enarratũ repperi,sed de ipo Latonæ timore pter ea apud Zezem legimus,olim ꝙ magnũ suem Latona conspexit,atq; επτοητη hoc est ptimuit,& ob id πτεα vocata est.pariq; pacto & Diana & Apollo πτωος,quare apud Lycophronẽ Hector vocatꝰ filius πτωου πατρος.i.Apollinis,eius eñ filium fuisse Hectorẽ & Stesichorus & Alexander Aetolus cecinere,sed & Homero aduersus est Catullus, si oliuam arborem intellexit, nam hic palmam dixit,quare alter vnius arboris,alter alterius mentõem fecit,ille prope Deliam oliuam.Hic aũt αγχωτατω φοινικος.atq; hinc arbitror sinistrum illum morẽ de quo sub obscure meminerũt interpretes Apollonij,deduxisse originem,ꝙ partu laborãtes cõphendebant eas,quæ sibi adstabant ad leuandos dolores,quẽadmodũ Latona fecerat cõphensa palma.Euariet item ab Homero Plutarchus.namq; non ad Delon Laconiæ montem peperisse dicit,sed ad Cinthium κεκλιμενη (inquit) προς μακρον ορος και κυνθιου οχθον αγχοτατω φοινικος υπινοποιο ρεετροιο. Cynthius aũt mons Deli,a quo Cynthio Apollini cognomen,& Inopus eiusdẽ fluuius insulæ,q eo augeꝰ tempore,quo Nilus irrigat Aegyptũ,ꝓpterea ut Zezes prodit,non inconsulte creditũ a qbusdam,vt occultis meatibus Nili aquis compleaꝰ,voluit tamen qui de vrbibus & gentibus scripsit Stephanus, Delon dictam fuisse Cyntham,a Cyntho oceani,indeq; Cynthiũ Apollinẽ nuncupatũ.Plures tamen consentiunt eandem esse Ortygiam quæ & Delos,fabulamq; celebrant Asterię Latonæ sororis,quæ Iouis amores ꝑosa,conuersa sit in ορτυγα & in mari delapsa insula facta sit,cui & Asteriæ & Ortygiæ nomen fuerit,eamq; nuganꝰ cooꝑtam prius vndis & tremulã, vnde apud Papinium in Thebaide,partuq; ligatam Delon,& apud Lucianũ in dialogo Neptuni & Iridis,cui pceptum ait fuisse,ut firmareꝰ in Aegeo,fuisseq; olim a Cicilia reuulsam,eo autem Latonam venisse postea fabulanꝰ,quæ non oliuam sed laurꝫ & palmam cũ tetigisset Dianam peperit adiumento Lucinæ,quæ aduocata sit ex Hypꝑboreis,indeq; & Latonam in Delon ꝓfectam,vt Aristoteles retulit,cuius rei supra naturalem causam assignauimus,cui ut arbitror,fabulam supꝑstruxere,fabulatores alij commenti sunt Ortygiam eo dictam insulã, ꝙ in formam ορτυγος auis Iupiter Latonæ sit commistus,cui delirio allusisse mihi videtur Lycophron scribens τυμβος γιτων ορτυγος πτερουμενης,tametsi non inficiamur illud eum expromere potuisse,quod Zezes contendit,ob conuersam Asteriam in auem ορτυγα,mox in eiusdem nominis insulam.neq; enim existimanda est huius litis compositio, quandoqdem nec ꝓbanda discussio,nisi forte ꝙ ex collatõe multiplicis vanitatis,insaniæ gẽtium commodius patent,quæ non solũ in fabulosis cõmentis,sed & in historicis persæpe rebus coarguunꝰ inter sese,nam pter fabulamenta Ortygos auis,vbinam ipa Ortygia,& quot eius nominis res,non satis constat.nam pter illa quę hac de re tam varia supra sunt allata,scribit Aristonicus,Ortygiam in Epheso esse,vidériq; ibi Dianam originẽ habuisse,quod & Pidari enarratori non displicuit super illis nemiaci hymni dictõibus. θαλος ορτυγιη δεμνιον αρτεμιδος. Ibycus quoq; mandauit historiæ,Ortygiam prius insulam fuisse,mox Cheronesum factam,& Apollini declaratores volũt,primo Delon,mox Asteriam a figura,rursus Ortygiam a sorore Latonæ dictam fuisse,sed vide(oro)q; inconstanter,q; delire de sua falsoꝝ deoꝝ religione differant,& Plutarchus pcipue alioquin inter genter grauis auctor,sed & Homerus etiam ipe vbi dixit,in Ortygia Ioniæ luco natam Dianam,ꝙ & Orpheus fecit, & in Delo Apollinem,de ipa Latona verba faciens,ꝓtulit duo illa carmina,quæ ante iam diximus.¶Nefastæ.Tum ob falsam religionem,tum ex insano quopiam & detestando cultu, nam ꝑcurrentes & flagellis aram cedebant,& oliuam mordicus attentabant.Nefastus autem eo diciꝰ ꝙ ne dignus sit fari,& dies nefasti apud gentes,in qbus tria illa ꝟba,do,dico,addico, ꝓferri vetebanꝰ,ut apud Ouidiũ in fastis,inde videnꝰ emersisse.Liuius Numam fastos dies & nefastos statuisse scribit,qa vtile futurꝫ esset aliqñ nihil agi cũ populo.Nefastos aũt dies,Gellius improbat appellari a vulgo religiosos,in qs & diuina & res nouæ fieri vetebanꝰ,auctore Cicerone,nam religiosus ut auctor est Nigidius,nũcupabaꝰ q nimis religioni & supꝑstitõi sese alligabat,in bonam ꝑtem a nostris nũc religiosus sumiꝰ,vtpote q apprime vacet religioni, de qua & eius origine,multa in libris de reꝝ pnotõe differuimus.¶Hinc noti patulo.De oraculo Delphico dicimus,in quo Pythia fœmina psidebat,quæ in Holmo sedens tripodis va-

## Hinc noti patulo terræ de chasmate cantus,

Obserua tões Gregorij.L.

cynthius Inopus.

Asteriæ

Nefastus

religiosus

ticinabatur,ex terræ aũt chaſmate,hoc eſt hiatu & aptura vox pſonabat.quod aũt nos cha-
Chaſma. os dicimus,Græci chaſma,nec in terræ modo hiatu,ſed etiam in aeris deſidente ſpacio.Sene-
ca idipm vſurpat in primo q̃ſtionum naturaliũ cũ ait.ſunt chaſmata cum aliquod cœli ſpaci
um deſidet,& flamma velut dehiſcẽs in abdito oſcitat.& Plinius in.ij.fit cœli ipſius hiatus,vo
cant chaſma,in euãgelica lectione græce Abraamus diuiti epuloni reſpondens ait, μεταξυ
ημων και ημων χασμα μεγα εστηρικται. latine legimus,inter nos & vos magnũ chaos
firmatũ eſt.tametſi etiã chaos
Græci dicãt,vt apud Orpheũ
& alios,pprie aũt chaſma ap
turæ & hiatus nomine decla-

## Et tripodes,laurus,quercus,cortina,columbę,

rare poſſumus,in Delphis itaq; ex ea apertura mittebat̃ vox,cuius meminit Strabo,Cicero,
alij,& in legibus ciuilibus titulo de cenſibus,chaſmatis mentio fit,& quo pacto releuari por-
tio deceat,quæ chaſmate perierit,& apud Ammianũ Marcellinũ chaſmaticus terręmotus no
minat̃.¶Noti.quoniam celebre ad Pythiæ vaticiniũ in Delphis poſitũ exiſtimabat̃.¶Et tri-
podes.Phœbi videlicet coronati lauro,multa aũt p terrarũ orbem diſpſa illius oracula tripo
dum miniſterio dabant̃.p tripodes item Verg.Apollinis oraculũ deſignauit ad Helenum,&
Pindarus quoq; teneri vatis oraculũ,a quo tenericus campus apud Thebas tripodũ nomi-
Tenerũ oraculũ ne ſignificauit παρμελιαν (inqt) χρυσεων εις αδυτον τριποδων θησαυρον. Melia vero
Iſmeni ſoror Teneri mater theſaurum vero dictũ a Pindaro ſcribit interpres,q̃m prope Iſme
Tripos. num fluuiũ multi erant tripodes.Vſum aũt tripode Apollinẽ,cõmentator Ariſtophanis p-
Phœbi. dit,ppter tria tempa,pſentia videlicet,pterita & futura,habuiſſe vero primo illum ferũt ex pi-
ſcatoribus qbuſdam Mileſijs,longa quadam ambage,ut ab eo & Diogene late explicat̃,q̃q̃
non omnino conſone.Aduertendũ aũt multa genera tripodũ fuiſſe.nam & cathedra illa Py
thiæ tripus dicebat̃,& tripodes etiã ſunt quorũ in coquinis frequens vſus,ad ornatũ etiã tripo
des ſuſpendebant̃ in tẽplis.Vnde Euſtathius ſup illis Homeri v̾bis nono Iliados, επταπυ-
ρους τριποδας ſcribit,qđ alij εμπυριβηται. ſunt quos αιθονες etiam dici poſſe vult,alij
Laurus q in domibus & templis ad ornatũ dumtaxat,non aũt ad vſum appenderent̃.¶Laurus,erat
laurus arbor quæ ſacra dicebat̃ Phœbo,fabulãte græcia captũ illũ eius amore,quæ filia fuiſ
ſet Ladonis fluuij,ut græci multi & latinus Seruius.alij Penei,vt Ouidius in primo,& in arbo
rem v̾ſa,pbuerit ipi amator coronas ex ppria fronde geſtandas,quæ æternũ in templis ſuſ-
penderent̃.ipis quoq; vatibus & pdictoribus futurorũ,coronæ erant ex lauru,ſiue q ſemp vi-
reat arbor,& pellendis malis efficax habeat̃,ſiue ad indicandã firmitatẽ & cõmoditatẽ pdicti-
onum.adde q græcis qbuſdam antiqtus vulgatũ ueris ſomnijs adſtipulari lauri frondes,q̃
ſuppoſitæ cubanti fuiſſent,ut alia fabulamenta reticeã,q̃ Tibullus,quæ Propertius,quæ Theo-
critus,quæ Lucretius,pdunt,& quæ inſanus ille Porphyrius repetit,ſolitos videlicet antiquos
ex lauru diuinare,quã illi cecinerũt,& bona ſigna crepitu dare,& aduſtam tacere extincto fo-
co,ſed & nugati ſunt vates Apollinis comeſta lauro diuinaſſe,vnde & δαφνηφαγοι.dicebã-
tur,qua de cauſa nũc de lauro meminimus,illudq; Tibulli carmen ex eis quæ diximus,intel-
ligi facile poteſt.Vera cano ſic vſq; ſacras innoxia laurus Veſcar,& illud item Iuuenalis,Lau-
rumq; momordit,cuius etiã guſtu Heſiodum poetã factũ,Græcia pdidit.& hinc etiãnum il-
Dodonę quercus lud fortaſſe Claudiani,ventura pſcia laurus.¶Quercus.Afferunt̃ aliqua Iouis oracula,id aũt
quod ex quercu illius nomine dabat̃,antiqſſimũ fuit.Nam ſcribit Homerus Vlyſſem diſſi-
mulata pſona Dodonẽ iuiſſe,ut ex quercu Iouis conſilium audiret,ad quã cõuentus frequens
erat,vnde apud Papiniũ(ut opinor)ſcriptũ eſt.atq; Moloſſi quercus anhela Iouis.ſ.ex multi-
tudine interrogantiũ & graui ſpũ.Huius aũt initiũ oraculi Proxeno authore,tale eſt a nobis
ad v̾bum ita cõuerſum.Domiuus inqt,exqrebat oues pditas ex oraculo,& quercus ipa vo-
ces emiſit,& qs habuiſſet indicauit,hic ille(ut arbitror)Proxenus q diu in honore apud Perſa
rum regem Dariũ vixit,magna Xenophonti amicitia coniũctus.Non abſimili certe princi-
pio Pythij oraculi tradit̃ initiũ,vt in libro de pnotõe quarto recitauimus,& ſane conueniens
dæmoni viſum,ut inſanias iſtas referret in pecora.Dodona aũt vrbs in Theſſalia,& in Theſ
proto quoq; eiuſdem nominis alia,auctore Philoxeno,in Epiro Moloſſam vrbem Dodo-
na primũ Stephanus notauit,vnde & Dodoneus Iuppiter,& apud illum de hac re nonnulla
legunt̃,quodq; nomẽ ipm tractũ eſt,vel ab Oceania nympha cognomine,vel a Dodone Io
Cortina. uis & Europæ filio,vel a Dodono fluuio.¶Cortina.Cortina locus vnde oraculũ dat̃,a cor
de tractũ nomẽ,ut Varroni placuit.Serui.duobus id locis interptat̃,dr̃ aũt vel q vatis cor tẽ

datur, vel ꝙ ipum cor teneat, vel ꝙ tripus Apollinis serpētis Pythonis pelle regeretur, vel ꝙ την κορην τεμει. hoc est puellā extēdit fatidicā, videlicet iuxta illud. maiorq; videri nec mortale sonat. In sacris aūt lr̄is veteris testamēti, cortinæ ꝓ aulæis sumunt̄, de q̄bus multa Mosi p̄cepta, aurea vela ad ornatū sunt, ita Romanis appellata ab aula Attali regis, cuius hæres populus Romanus fuit, cortina etiā vas quo vellera tingi solent, auctor Plinius. ¶ Colūbæ. erat in Chaonia Epiri templū Iouis Dodonæi, & Colūbe fatidicæ. Dodona v̄o sylua in qua templū extruxerāt, in eoq; ut quidam ꝓdidere, & quercus & colūbæ responsa dabāt. id v̄o tēplū Strabone & Plinio referētibus, á Pelasgis conditū est, et ex ea sylua ut scribunt Græci auctores, quos sequit̄ Claudianus, desumpta sunt ligna ad Argo nauem fabrefaciendā, quæ fuisse vocalia Argonautici scriptores fabulant̄, & ꝑpterea Lycophron vocauit Argo nauē λαλητρον κισσαν. i. cissam loquacē. est aūt Cissa ut ait Zezes, auis q̄ humanā vocē imitat̄. Philostratus in. ij. imaginū, ꝓpterea vocalia fuisse ligna illa Dodonæa cōminisci videt̄, qm̄ Iupiter ut inq̄t εσ τα μαντεια εχρητο. Herodotus ex relatu Iouis antistitū scribit geminas ex Aegypto colūbas aduolauisse colore nigro, alterā in Aphricā, ad ip̄os alterā q̄ fago insidēs arbori glādiferæ locuta sit ip̄e nō colūbas, sed mulieres illas existimauit, q̄ responsa darent, easq; qm̄ erāt barbare, simile q̄ddam auibus locutas existimat. Nigras v̄o fuisse, qm̄ is color Aegyptijs peculiaris. Seruius aūt Thessala lingua pleiadū noīe, & colūbas & vaticinatrices dictas asseuerat, quare fieri facile potuisse existimandū, ut cū Chaones dicerēt pleiades sup̱ aliquo negocio locutas, putarēt multi colūbas eas fuisse æquoco nomine decepti, quo & mulieres pariter significarent̄. ¶ Phębeioq; antrū, Trophonius filius Apollinis dictus, cuius & templū & oraculū in Lebadia celebre. Homerus in hymno Apollinis Trophonij Erginifilij meminit, q̄ sup̱ fundamētis templi ab Apolline ip̄o iacti posuerit, ut eis vtar v̄bis λαινον ουδον. meminit aūt oraculi Trophonij Strabo, meminit Philostratus, quo scribit accessisse Apolloniū. meminit Pausanias in Attica, meminit & noster Theodoretus de oraculis differēs, και εν λεβαδια μεν τροφωνιου. & in Lebadia q̄dem inq̄t Trophoni, quē pariter cū eius oraculo Lucianus irrisit, introduxit em̄ Menippū illi ipsi & Amphilocho dicentē, nescire quo pacto cū mortuus sit vatē & deū credi, & templa meruerit, responditq; Trophonius, nō se sed amentiā hoīm fuisse in causa, ita de mortuis opinantiū. hic Apollinis filius apud plerosq; legit̄. Strabo tn̄ Iouis Trophonij nūcupauit eius oraculū, qd̓ de hiatu subterraneo, in quo descēdebant cōsultores, funderetur.

Chaoniæ columbæ

Phœbeiq; antrū fundēs consulta Trophoni.
Queq; olī vanos suadebāt murmura fastos,
Murmura Thesproti multū celebrata lebetis.

Cissa

Trophonius.

¶ Murmura Thesproti lebetis. Thesproti ꝓ thesprotij p̄ synæresin, ut paup̱is & tuguri, & mille alia in Thesproto Theodoretus scribit ex lebete dari olim solere responsa. Alij in Dodone vaticiniū posuere, sic & in Delphis tripodū, & in Cirra. Vn̄ apud Theodoretū sæpe Cirræi tripodis mētio, & q̄q̄ vnū sæpe ꝓ altero desumit̄ ad significandū oraculū, diuersa tn̄ sunt, q̄ descripsit Eustathius λεβητεσ ετεροι οντεσ των τριποδων αλλα ωσ οιθονεσ λεγονται. Idem auctor. in vltimo iliados cōmentario, lebetē ꝓ vase accipit, quo lauādis manibus infundit̄ aqua, idq; apud nos guttū nūcupat̄ Atheneus lebetē vas accipit, quo frigida detinet̄, sed & lebetes ad ornatū & phialas, quemadmodū & tripodes p̱nere aduerti in primo apud Pindaꝝ Istmiaco hymno sic ille, και τριποδεσσι εκοσμησαν δομον και λεβητεσσι και φιαλεσι τε χρυσου. & ornauerūt inq̄t domū tripodibus & lebetibus, & phialis auri, q̄ mos nostra etiā tempestate non in tripodibus, sed in labris, in guttis, in phialis, in lancibus, in q̄dris, in œnophoris, & id generis vasis argenteis, aureisq; seruatur, lebetem quoq; nauigij sp̄em suspicat̄ Eustathius in Dionysium Libyn illud tractans, ꝙ Hercules dictus est a multis ad Erythiam Geryonis insulā, ferreo lebete nauigasse. Seruius ollam æream dixit, ideoq; id fictū fuisse, ꝙ Hercules nauē fortē & ære munitā habuerit. Eustathius tn̄ lebetē scribit, & p̄ter id alia quoq; cōminiscit̄. Pisander v̄o τοδεπασ appellat vas a sole acceptū, quo dictus Hercules per oceanum enauigasse. Panyasis autem a Nereo Solis phialam sumpsisse dicit Herculem, & ad Erythiam Geryonis insulam peruenisse, sed & lebetem alij nuncupant idipsum instrumenti, cuius & Stesichorus & Antimachus, sed & Phericydes, Hellanicus, alij meminere, quos citat Athenæus, qui significari eo dixit Herculem, qui vino indulgebat, quod & alij pleriq; no-

Thesprotus. dodonei lebetes

Lebes.

Hercules in lebete nauigauit.

carunt,ingentibus poculis vſum,ideoq; poetas finxiſſe illum eiuſmodi vaſis æquora tranſiſ/
uiſſe,idq; arbitror ſubindicatū obſcure carminibus Dionyſij,cuius interpres Euſtathius ſi A/
thenęū vidiſſet,reponere,& in eum & in alios quos enarrandos ſuſcepit auctores,plurima ea
demq; præclara atq; recondita potuiſſet,vt Latinos taceam,qui de Erytheæ ſtabulis diſſerue/
runt,ſententiæ quoq; Athenæi ſuffragari duo carmina mihi videnť ex epigrammate Dioti/
mi,qui de Hercule & de Anthæo canens ait,non contendiſſe illos ꝑ æreo lebete,ſed quiſnam
eorum victurus eſſet,quaſi di
ceret,non vini ſed vitæ certa/ **Hinc templo Oropi feruens Bœotia pubes**
men erat & necis.ita ille Κει/
ται δε σφιναγων ου χαλ/
ꝓuerbiū. κεον ου αντι λεβητος, αλλ οστις ζωαν οισεται η θανατον. lebetis autem murmu/
Aes Do/ ra nos eo diximus,ꝙ non clara voce ſed ſtrepitu lebetum miniſterio oracula redderentur.
doneum vnde tractum eſt ꝓuerbium,æris Dodonei,ad eos qui parum loquerenť,quo vſum Menā/
drum fuiſſe ſcribit Suidas,& alij,vnde mirꝝ eſt nonnullos dixiſſe referri id adagij debere ad
loquaces,ipſius em̄ auctoris,& eorꝝ qui eum ſecuti,verba hæc ſunt. δωδωναιον χαλκιον
επι των μικρολογουντων. potuerūt tamen occaſionem dare illis ita dicēdi Philoſtrati ver/
ba,in ſecundo imaginum libro,quorum hæc ſumma χαλκιον.Ioui in Dodone ſuſpendi,
idq; in multam diem edere ſonitum,nec vnq̄ ſilere quoad dum illud quiſpiam præhenderit
Murmur potuerunt,& verba Stephani qui de Dodone loquens ait. δωδωναιον χαλκιον επι των
Heterocli πολλα λαλουντων.ſiue pauca igiť,ſiue magna fuerunt murmura,dubio ꝓcul erant,mur
tum. mur autem heterocliton eſt,nā ſingulari numero interdū efferť maſculino gn̄e. ¶ Multū cele/
brata.ab Herodoto qui Theſprotij cuiuſdam oraculi amplam mentōem fecit,a Vergilio q̊/
q; Dodonei lebetes decantati,cuius ſenſum iuniores multo acutius q̄ veteres(vt arbitror)
intellexerūt,ab Auſonio quoq; ſub nomine peluiū & aheni,ſcribit em̄,nec Dodonæi ceſſat
tinnitus aheni In numerꝝ quoties radijs ferientibus ictæ Reſpondent dociles moderato ver/
bere pelues.quæ quidem carmina a docto quodam viro,cuius ſupra meminimus,exponū/
tur aliter,atq; ego declaranda cenſeo.exiſtimauit em̄ ſolaribus radijs illuſtratū ahenū crepita/
re,quemadmodū de Memnonis ſtatua late diſſeremus.ſed certe inſonare lebetes radiorꝝ ſolis
repcuſſu nullibi vt puto inueniemus.Nec in Dodone vllū huiuſmodi ex ſolari lumine crepi
tus mentōnem factam legimus,nec verba poetæ Auſonij eo videnť poſſe commode refer/
ri,nam verberis moderati mentionem fecit.docilis quoq; vocabulo eſt vſus.certe radijs hoc
eſt virgis intelligendū,vnde illud Vergilij.Deſcribent radio & ſurgentia ſydera dicent.& in
Aegloga tertia.In medio duo ſigna conon,& qs fuit alter Deſcripſit radio totū qui gentibus
orbem,eo radio cedebanť lebetes,quod & a docto quodam noſtræ pariter tempeſtatis iuue/
ne videť aīaduerſum,id aūt quomodo fieret ex collectaneis Suidæ licet cognoſcere.ſcribit
em̄ vaticiniū quod erat in Dodone cōſtaſſe ex lebetibus,q in circulo diſpoſiti eſſent,ita vt in/
uicem tangerenť,qua de re vno ꝑcuſſo,reliq̄ ex ſucceſſu ꝑſonabant.Ariſtoteles vero figmen
tū redarguere conatus,affirmauit duas fuiſſe colūnas,in quarū altera lebes eſſet,in altera puer
tenens flagellum,cuius lora ærea vento commota lebetem pulſarent & ſonitum ederent.Ste
phanus item inſonari lebetē putauit,vel verbere lori,vel ventorꝝ vi murmura. ¶ Suadebāt
faſtus.Quoniā multi oraculum illud Dodoneum & Theſprotium adibant,cupidi honoris
& gloriæ,ſignanter autem propter Pyrrhum Epirotarꝝ regem dictū eſt,& ꝓpter Periandrū
Corinthiū,qui quodam habito reſponſo ab oraculo Theſproti ad Acherontē omnes Co/
rinthias mulieres ſpoliauit,& eorꝝ veſtes Meliſſæ defunctæ vxoris gratia,cōcremauit. ¶ Hinc
Oropus. tēplo Oropi.Apud Oropū q̄ Bœotiæ vrbs eſt,vt oēs quos vnq̄ legi decernūt.tametſi apđ
Strabonē libro primo dicať,συμβαινει κρισις πολλακις περι χωριον τινων καθαπερ
αργειοις μεν και λακεδαιμονιοις περι θυρεας αθηναιοις δε και βοιωτοις περι ωρω
που,contingit vt ſæpenumero de locis qbuſdam iudiciū fiat,quemadmodū Argiuis qdem
& Lacedæmonijs de Thyrea.Athenienſibus aūt & Bœotijs de Oropo,& iterꝝ περι θυρεων
και ωρωπου πολεμοι δια τας των ορων αγνοιας de Thyreis & Oropo bella ob fi/
Amphia nium inſcitiam,apud hanc vrbem & templū & oraculū fuit Amphiarai,de quo Theodore/
rai oracu tus nonnulla plura Pauſanias in Attica eundem Amphiaraum præeſſe phanis & ſacris Bœ/
lum otiæ creditū eſt,ut Apuleius meminit,erat aūt vates Amphiaraus,atq; etiam vt Pindari ſcri/
pſit interpres οιωνιστης.id eſt augur,& vt Philoſtratus in eius imagine σοφος εν πανσοφο/
ις, in templo dictum,quoniam in templo dormiebant,qui poſcebat oracula.

¶Consuluit manes. Manes vatis periphrasis est Amphiarai, sed & macrologia dici pōt, quā Scaurus definiuit, pductam longa descriptōne sententiā. consulo accusandi casui iūctum, idē est quod petere consiliū, idem quod præbere, si datiuo nectatur. Manes animę corporibus su pstites a gentibus vocabantur, eo q manū bonum dicebant, vel eo q manarent ab inferis ad superos, auctores Festus, alij ab auguribus. item dij manes dicebant, q per eos omnia manare credebant. Manes autem dictos Luctatius voluit, quoniā damnati æterna apud inferos pœna pmaneant. Cēsorinus autem de die natali, & in libro de deo Socratis, Apuleius & alij, alit nomē deduxere. ¶Vatis. Amphiarai q & carmīe edita interptabantur oracula, vt

Macrologia

Consulo

Manes

Amphiaraus.

Consuluit manes vatis, quē rupta dehiscens
Immensum tellus cursu dum lora secundo

Gnosius Iophon memoriæ prodidit, & interptandorum somnioꝝ laude precellebat, eiusq porta somnioꝝ erat vt fabulat Philostratus, quod nos vates dicimus μαντεισ apud græcos a furore dicti sunt, ijdemq auctore polluce ιερεισ νεωκοροι ζακοροι προφηται υποφηται θυται τελεσται ιερουργοι καταρται θεομαντεισ χρημοδοι χρησμολογοι χρησμοδοται παναγεισ πυρφοροι υπηρεται θεουργοι θυηπολοι. ¶Quem rupta dehiscens, hunc Thebis fugientem, terræ hiatu absorptū dicūt, defuncto Oropij diuinos honores primi instituere, auctore Pausania. tumq futuroꝝ eum p somnia cognitōem constituisse perhibent. scribit tamen Maximus Valerius vniuersam græciam ad illum decorandū incubuisse, & in formam conditōemq templi redegisse locum in quo humatus est, atq vt inde miracula caperentur instituisse, eiusq cineres idem possidere honoris, quod Pythicæ cortinæ, quod aheno Dodonæ, quod Ammonis fonti præstari consueuerat, vt hinc varia etiam & inconstans gentium historia depræhendat. hic em̄ vniuersæ Græciæ consensum Amphiarao diuinos tribuisse honores affirmat, ille ab Oropijs illos ipsos excogitatos & institutos decernit, sed & viuum alij ad infera descendisse conueniunt, hic humatum asseuerat, & cineres magno honore habitos contendit. ¶Cursu dum lora secūdo. Nec vates enim solum, sed etiam dux Amphiaraus erat apud omnes qui Thebaida scripserunt, atq hinc apud Papinium rex fatidicus appellatus. Talia fatidico peragunt solennia regi. quin & præcellens inter lyricos poetas Thebanus Pindarus in olympico Agesiæ hymno, introducit Adrastum Amphiarai occasum lamentabiliter conquerentē, dicentemq se desiderare sui oculum exercitus, cum & bonus esset vates & præliator. verba illius græce hæc sunt. ποθεω στρατιασ οφθαλμον εμασ αμφοτερον μαντιν ταγαθον και δουρι μαρνασθαι. tum enim arma, & imperia, & literæ ac sapientia plurimum coniūcta erāt, antea quoq & multis etiam post seculis, apud diuersas gentes atque prouincias id viguit, nam vt Hebræos taceam, Mosem videlicet doctissimum virum, & fortissimum ducem, atque prophetam sanctissimū, Abraamum quoq & multos, ad Dauidem vsq & Solomonem. apud Persas certe idem & reges, qui & sapientes fuere. apud Aegyptios vtrumq adiecto etiam sacerdotio. vnde illi contigit appellatio ter maximi. apud Græcos Periander & Pithacus sapientiæ cognomento illustres, populis imperitarunt. Apud Lacedæmonios multi & armis simul & sapiētia conspicui floruere. apud Athenienses multo plures. Tucydides & dux exercitus, & scriptor historię. Socrates ipse quem philosophiæ parentem dixerunt, ter in exercitu militauit, si Platoni credere volumus, quem tamen hac in re mendacij reum legimus, apud Athenæum Alcæus & lyricus poeta & dux exercitus fuit, atqui & Dioscorides, a quo simplicia medicamenta sumpsit vniuersa posteritas, vir militaris fuit. Alexander Macedo in studijs literaꝝ & armoꝝ æque polluit, adeoq literarum prætulit gloriam, vt illis magis se præcellere, q armis cuperet, atque ita ad Aristotelem scribens testatum reliquit. Dionysius Siciliæ Tyrannus, in poematis cudēdis versabatur, adeo vt in illis quamq penitus non probarentur, maiorem sibi gloriam quæreret, q q res cum Carthaginensibus, quibus cum bellauerat, recte composuisset, vt late scribit Diodorus in quintodecimo libro bibliothecæ, cuius inter plurima hæc verba sunt. καυχατο πολυ μαλλον επι τοισ ποιημασι ητοισ ευπολεμω κατορθωμενοισ. de latinis autem si mentionem faciamus, nō minus linguæ q. R. P. latinæ fuisse principem Iulium Cæsarem aduertemus, idem historicus, idem poeta, idem orator eloquētissimus, idē Impator fortissimus, idē pōtifex maximus, sub q & Salustius q q Romanæ princeps historię, stipēdia meruit. Octauius Augustus, maxima potētia & elegāti doctrina floruit, cu tēpestate Gallus poeta pfuit Aegypto

Lræ & arma apud antiqs iūcta.

& aduersus Arabes exercitū duxit, ita Strabo mandauit memoriæ. sub eodem principe Augusto scribit de se Horatius poeta. Nunc quia Mæcenas tibi sim conuictor at olim Quod mihi pareret legio Romana tribuno. sed nec illud ꝑtereundum, ꝙ Athenagoras philosophus Atheniensis, christianoꝝ causam apud Marcum Cæsarē & Commodū agens, hac legatōnis suæ inscriptione vsus sit αθηναγορου αθηναιου φιλοσοφου χριστιανου πρεσβεια περι χριστιανων αυτοκρατορσι μαρκω αυρηλιω και αυρηλιω κομμοδω αρμενιακοισ σαρματι-

Mandat eq̄s, rapuit, stygiasq; īmisit ad vmbras
Armatū, & rubro madefactū sanguine vestes,

κοισ το δε μεγιστον φιλοσοφοισ. i. latine ad verbum Athenagoræ Atheniensis philosophi christiani legatio imperatoribus Marco Aurelio Antonio, & Aurelio Cōmodo Armeniacis, Sarmaticis, quod autem maximū philosophis. Cognouit vtiq; tam doctus q̄ facundus homo, maioris esse gloriæ philosophi nomen, q̄ vsurpatum a deuictis Armenis & Sarmatis cognomentū, idq; etiam illis gratius esse iure debere, ad quos verba faciebat, cupiebatq; sibi prius eos conciliare honesta nuncupatōe philosophi. Gratissimumq; docti nomen Honorio & Arcadio fuit, adeo ut in base statuæ quam Claudiano & poetæ & tribuno erexerūt, in foro Traiani petēte senatu, gauderēt inscribi fœlicissimi & doctissimi Imꝑatores, & de Imꝑatoꝝ altero cecinit Ausonius. Phœbe potēs numeris ꝑses Tritonia bellis, Tu q̊q; ab aerio ꝑpes victoria lapsu Come serenatā duplici diademate frontē. & Papinius antea alij Imꝑatori blādiēs. At tu quē lōge primū stupet Itala ꝟtus Graiaq;, cui geminæ florēt uatūq; ducūq; Certatim laurus olim dolet altera vinci. Necnō Setinus Flaccus. Namq; potes solymo nigrantē puluere fratrē. Itidē de eo dē sæpius. V. Martialis. Nec ab hac re videt̄ abhorrere qđ in Vopisci legit̄ monumētis, positā a senatu fuisse Numeriano Cæsari statuā, in Vlpia bibliotheca tali inscriptōe. Numeriano Cæsari oratori, tꝑibus suis potētissimo. existimarūt illi oratoris nomē imꝑatorio ꝑstare, & pariter existimarūt appellatōem ipam imꝑatori cui seruiebant, gratiorē futurā. Multos ꝑtereo & doctos imꝑatores, & ꝑstantes armis viros, cultores literaꝝ (neq; enim id est propositi operis argumētum) Sed nō absurde fuerit citasse paucos, quoniam mōstrosa hæc opinio, mētes plurimoꝝ inuasit, hac tēpestate esse nō posse quemq̄ & ar-

¶Sic martia fratrum semina. Sic prænestinæ, sic martia fratrum, anaphora est sæpenumero reperta. Apud Ciceronem in opere de diuinatione composito fratres Martij celebrantur, eorum quoque mentio apud Seruium in sexto Aeneidos commentario, quorum libri in Apollinis templo vna cum Sibyllinis & Begoes nymphæ libris adseruabantur, alibi tamen Cicero Martium singulari numero protulit, quod & facit Plinius in septimo, eumque ipse Martium facile putauerim, quem scribit Liuius in primo pontificem maximum creatum a Numa Pompilio, & præfectum omnibus publicis atque priuatis. Erant enim pontifices ipsi apud Romanos, maximarum, ut inquit Dionysius, rerum domini. eorum nomen a ponte Varro deduxit, quod sublicium pontem Romæ primum & fecissent & instaurassent. Sceuola a posse & facere deriuari nomen ipsum maluit. libri item Martij citantur ab Ammiano, & Martij vatis versiculum Festus Pompeius ducit in medium, quo nigulum pro nullo dici posse monstret Martius inquit vates ne nigulus mederi queat. Martij vates Pontifices

Semina, & Idæi Corybantes Gnosia pubes.
Euchetæ & Dryides, & fulminis auctor Hetruscus
Necnon conspectæ liquidum per inane figuræ,

¶Et Idæi Corybantes. Ida mons Cretæ, eiusdemque nominis Phrygiæ mons, dictus ab illo, vt Strabo, Eustathius, alij, sed Nicandri commentator ab vsu quodam montem omnem scribit Idam dici. Corybantes quos & Curetes Iouem dicebant nutrisse, & ab insidijs Saturni liberasse, idem & Idæi Dactili sunt, vt inquit Theon & Strabo, alij, qui & Telchines etiam dicti sunt. ad illos extat hymnus Orphæi quos dæmones vocat, sed in hymno Curetum cælestes illos & terrestres & maritimos appellat, & eosdem Corybantes & habitare Samothraciam, & primos hominibus monstrasse sacra, & propterea existimo Dionysium Aphrum Samothraciam vocasse κορυβαντιον αςυ, propter eorum qui ibi frequentabantur mysteria, quorum etiam meminit Lycophron, & idem Orpheus in hymno sequenti, Corybantem regem terræ appellat, et Corybantem nuncupat. Scribunt nonnulli græcorum Corybantes Thalea & Apolline genitos. Curetes vero filios Danaidis nymphæ & Apollinis. sed Ennius prodidit, authore Lactantio, Iouis filios Curetas fuisse. ¶Gnosia pubes. appositio Corybantum, vel ephexegesis. Gnosos Cretæ insulæ vrbs notissima celebratissimaque, vnde Gnosij Cretenses dicti sunt, regia fuit Minois, quæ et Ceratos olim vocabatur, eamque fluuius cognominis præterfluebat. ¶Pubes. iuuentus cuius vocabuli in id significatum apud poetas frequentissimus vsus, & de quo supra non nihil actum. Ida. Corybantes Curetes Gnosos

¶Euchetæ. ijdem & Gnostici dicti, qui nefario incestoque concubitu progenitos pueros iugulabant, & phialis exceptum sanguinem ebibentes, & quæpiam alia pari abhominatione digna tentantes, repleti dæmone diuinabant. meminit Psellus, alij, & de Gnosticis quoque hereticis Porphyrius in vita Plotini disserit, ut qui eos Zoroastris libros circumferentes de mendacio conuicerit. ¶Dryides. ita ob amatas quercus appellati, drys enim græce quercus, & ipsi græca vtebantur lingua, vt scribit Iulius Cæsar. ijdem vates erant, diuinabantque tergus hominis ferientes, de quibus Strabo, Plini. Lucanus, & nos quoque, nec semel. Cæterum aduertendum commentatorem Nicandri in Theriacis affirmare omnem arborem antiquitus δρυν. vocari. In glossulas vero in alexipharmaca ipsius auctoris, scribitur aliud esse quercus a phago & prino, nihilominus tria illa δρυες appellari. Verg. autem distinctionem fecisse videtur, inter quercum & cæteras glandiferas arbores, cum in .ij. Georgi. cecinit, Castaneæ, nemorumque Ioui quæ maxima frondet Aesculus atque habitæ graijs oracula quercus. Sedem Theophrasto standum est, qui quercus quinque genera posuit. ¶Et fulminis auctor Hetruscus. Auctores fulminis duplici ratione dicimus, & quia primi diuinationis per fulmen inuectores a Tagete docti, & quia fulmina ipsa procurabant eliciebantque, vndecimque illorum genera existimarunt esse, & in .xvi. regiones cœlum partiebantur, habiti quoque Romanis in pretio Hetrusci fulguratores, qui scilicet expiarent, & procurarent fulmina. ¶Nec non conspectæ. Post fulminum vanas prensiones, ille quas de elementis trahebant diuinationes consequuntur, in fulmine plura conueniebant simul, vtpote quia aliquibus id conflatur elementis, aere, igne, & humore illo sursum protracto, primo itaque de compositis, mox de simplicibus verba fiunt. ¶Liquidum per inane figuræ. Aeromantia designatur, quæ de figuris quibusdam in aere, quæ ianis nomine significari ab antiquis diximus, præstigio quodam maligni dæmonis trahi poterat, quamquam autem inane dicatur, plenum tamen est aere videlicet, sic et Aristoteles secundo de partibus animalium libro scribit. id quod vocatur inane plenum aeris esse, & in libris physice auscultationis, ostendit inane & vacuum nullo modo in rerum natura esse posse, sed & inane vocari aerem tolerari potest, si comparatione dicatur id, non absolute, vtpote relatum ad corpora solidiora grossioraque, idemque est ac si diceretur ratum, quale certe est aeris corpus tenue atque friabile. Euchetæ. Gnostici. Dryides. hetruscus Aeromantia Inane.

Diuinati/ ¶ Deſcriptæ aut lymphis. De aqua verõ ex cantatõnibus mota, quæ & hidromantia, id eſt ꝑ
onis ſpẽs aquam diuinatio dicit̃ vaticinatio ꝓdibat. ¶ Quotiens veſana furore. Duæ diuinatõis ſpecies
hidromã obiter ſimul tangunt̃ & damnantur, ea axinomantia, id eſt ꝑ ſecurim, & lecanomantia, id eſt
tia. Axi/ ꝑ peluim diuinatio, aqua in peluim coniecta, mouebat̃ a dæmone. & vox ꝓmebatur ꝑtenuis
nomãtia index futuri, qua de re inter alios Michael Pſellus in libro de natura dæmonũ curioſe memi/
Lecano/ nit, proditq́ eam ſupſtitõem apud Aſſyrios viguiſſe. & Strabo in Perſide magos diuinaſſe ꝑ
mantia. peluim ſcribit, indeq́ traxiſſe cognomentũ. Zezes quoq́ i commentarijs in Iliadem, du as ipſius Lecanomantiæ ſpe/ cies tradit. Axinomantiæ ve/ ro mentõem fecere complu/ res, & apud latinos Plinius, eſt & alia apud Plautum in Caſſi na, qua ligneæ ſortes vel po/ pulnæ, ut ille ait, vel abiegnę, aut ſupenatabant, aut merge/ bant̃, putarintq́ ſupſtitõnem ipſam dæmonũ ope fultam

Deſcriptæ aut lymphis quotiẽs ueſana furore
Incita mens paruo demerſa in amne bipẽnem,
Atq́ frequẽs bibulã mucro cũ pungit harenã,
Et cũ de ſpeculis fallax diſſultat imago,
Et cum venturi ſeriem mentitur, & altas
Suſpectat nubes flammis crepitantibus augur.
Sic & fallacis dudum præſtigia ſomni,

eo tẽdere ſolere, ut fruſta illa trabis vel virgæ abiegnæ ſimul mergerent̃, & quæ fundũ pete/
rent, utpote cõtra naturã abietis quæ ſupnatat, indicio eſſet q̃rentibus, ꝓptereaq́ ſcrutari uole
bant, an ex Populo fierẽt, cuius materia bibula & grauior, ne videlicet deciperent̃, & altera ꝓ al
Geoman tera ſumeret̃. ¶ Demerſat in amne. Mergebant̃ em̃ ſecures in vaſe aquæ ab inſanis hoĩbus, q
tia ex motu illo futura ꝑquirebãt, mẽdacio dæmonũ. ¶ Atq́ frequẽs bibulã. Geomantia dr̃ illa
quã de pũctis terræ fixis cõflabãt, cuius ĩſania in. vi. de p̃notõe rerꝫ exploſa eſt, dr̃ bibula hare
na, antiquo & ipſius naturæ cõuenienti epitheto, q.ſ. ſorbet & ebibit humorẽ. Vergi. Collectũ
humorẽ bibula deducit harena. ¶ Et cum de ſpeculis. ea quoq́ p̃ſtigia in venturi noſcẽdi cupi
dine fixa notant̃, quæ de ſpeculis ex diſſultãtibus imaginibus trahebat̃, cui nomen græcũ ca/
catopiro topiromantia apud alios, de qua mentio apud Spartianũ in Diuo Iuliano. ¶ Et cum ventu/
mantia. ri. Pyromantia quoq́ tangit̃, quã de varijs ex flamma glomeratis figuris, colligebãt, pariter
Pyromã q́ capnomantia, hoc eſt ꝑ fumũ diuinatio ſubindicat̃, q̃ de varijs fumi ſimulachris & linea/
tia mentis eliciebat̃, vñ illud Papinij. Thurea nec ſupra volitãte altaria fumo, erat em̃ ut inq̃t Lu/
Capno/ tatius, ars q̃dã ex fumo aræ diuinãdi, & ex diuiſione fumi futura cognoſcẽdi, q̃ grẹce capno/
mãtia. mantia diceret̃, cõfudit aũt ip̃e auctor alio loco nomẽ ſimul & vanitatẽ, nã capnomantiã ex/
ponit eã de q̃ idem Papinius. Argolicũq́ oculis haurire vacãtibꝰ ignẽ, ea aũt pyromãtia eſt q̃
vanitate plurimũ Cappadoce magi pollebãt, vt eſt apud Euſtathiũ, ijq́ ip̃i eodẽ auctore vo
Diui per cabant̃ πυραιτοι. i. ignei, ωσ πυρ α.θουντεσ και διαυτου μαντευομενοι, qm̃ videlicet ig/
ſomnũ ĩ nem accẽdebãt & ꝑ eum vaticinabant̃. ¶ Sic & fallacis. Diuinatio ꝑ ſomnũ ex vrbe Telmeſſo
qbꝰ tẽplis Cariæ, ſeu ut nõnulli maluerũt Lyciæ (nam terminus vtriuſq́ facit ambiguã ſnĩam) ꝑfecta ẽ
ad Græcos, & poſtea apud diuerſas natões maxime frequẽtata, & erãt nõnulla falſorꝫ deorꝫ
tẽpla, in qbus captãdi ſomnij gratia. dormiebant antiq̃tus, quod etiã Verg. monſtrat, cum La
tinũ regem introducit reſponſa Fauni petere, & cæſarꝫ inq̃t ouiũ ſub nocte ſilenti Pellibus in
cubuit ſtratis ſomnoſq́ petiuit, & iterꝫ. Centũ lanigenas mactabat rite bidẽtes Atq́ horꝫ ef/
fultus tergo ſtratiſq́ iacebat, Velleribus ſubita ex alto vox reddita luco. In tẽplo quoq́ Am/
phiarai, de quo multa apud Pauſaniam, ſupra pellem mactati arietis dormiebãt, q poſcebant
oracula, quorꝫ nonnihil etiam legi apud Theodoretũ. & ꝓ captandis quoq́ ſomnijs in tẽplo
Eſculapij dormiebãt, quam rẽ videt̃ Ariſtophanes irridere in comedia, cui titulus Pluto, ma
gni aũt æſtimare Philoſtratus in vita Apollonij maioris, inſanus ille & multis ſceleribus cõ/
taminatus Antoninꝰ, q Pergamũ acceſſit, vt Herodianus ꝓdit, & captauit inſomnia, q̃uis iã
in ſomnos & vmbras cũ ip̃o Aeſculapij noĩe reſoluerent̃. In phano q̃q́ Paſiphaes inſomni/
orũ gr̃a recũbebant, ut meminit Cicero, & in Canopo quoq́ de quo ſupra diximus, Serapi/
dis erat tẽplũ, in quo & ꝑ ſe & ꝑ alijs captare ſomnia ſatagebãt. ſed p̃ter hæc ferebat̃ multis va
ticiniũ ſomnio inſpiratũ fuiſſe, de qbus in libris de p̃notõne tractauimus, neq́ enim dicta re/
petere opeprecium eſt, nec fuſtra ſumendus mihi labor. Sat fuerit te illuc miſiſſe, hoc eſt ad pa
ternas elucubratões, qbꝰ vtpote domeſticis facilius cognitis, ad extrema gradꝰ fiat. Ibi de ſom

niorum visorũq; varietate nonnulla cõspicies, multa quoq; aduersus Platonicũ Synesiũ disputati, sed quod tum nõ succurrit, in p̃sentia nõ reticeã visa. s. ab insomniis Vergiliũ distinxisse, cum in. iii. scripsit. Nec sopor illud erat sed corã agnoscere vultus, Velatasq; comas p̃ntiaq; ora videbar. atq; illud item hoc loco disces de græcis eruta monumẽtis, consueuisse medicos Daunios Calabrosq; dormire ad sepulchrũ Podalirii, ut captarent oracula, tametsi varia de hac re ꝓdita sunt, nam opinio est in Italia mortuũ Podaliriũ, morisq; fuisse ut lotis in flumine Altheno pecoribus, Podalirius inuocaret ad sanitatem, vnde illi etiam fluuio nomẽ fuerit, auctore Thimeo, quẽadmodũ auctor quoq; Methodio medico, Alpheo Ardiæ, quoniã αλφους, hoc est morpheas curaret. & Bigrio referẽte cydnus pedũ sanabat languores. Alia est opinio Podaliriũ Caricẽ Cheronessum habitasse, & Machaonẽ eius fratrem occisum ab Eurypilo, ut Quintus voluit, q̃q; Orpheus post Eurypili mortẽ, Machaonẽ introducit Philectote vulnera curantem, vulneribus em̃ dũtaxat nõ aũt morbis medebant ipsi Aesculapii filii, ut etiam refert Cælsus Cornel. ex Homero, q eos cõfirmat in bello Troiano, ducẽ Agamemnonẽ secutos, nõ mediocrẽ opem suis cõmilitonibus attulisse. Inuasit aũt posterorũ mentes mõstrosa sup̃stitio, vt post mortẽ mederent morbis, q̃s viuẽtes nõ sanabant, & iccirco somnia ad sepulchrũ diximus Podalyrii captabant, nec in hoc etiã cõuenere gentes, vt oĩ ex p̃te verũ sit ea fallacissimi insomnii fuisse p̃stigia. Refert em̃ Eustath. ꝓditũ Machaonẽ vulnera sanasse, Podalyriũ v̓o victus rõe ægris opem tulisse, qua potissimũ usus Hippocrates, q & in lib. de somno q̊q; p̃ter supplicatões quasdã deis gentiũ, q̄ supra diximus decretas, bona & mala somnia corp̃is humoribꝰ accepta retulit, eaq; ip̃a victus rõe moderat̃, nec portẽdi q̄cq; aliud ip̃is somniis docet, q̄ aut sanitatẽ aut ægritudinẽ, bonaq; illa esse ꝓnunciat, q̄ ad vltimã noctis p̃tem res eo p̃sentant mõ, quo in vigilia p̃agebant̃, vñ ille cecinit. Tempe q̄ cerni somnia vera solent, & a v̓itate nõ abhorruisset, si verũ & bonũ cõuerti, inq; vicem sibi cedere, ut metaphisycis contẽplatoribus liquet, cõsiderasset. Affirmauit idem Hippocrates, q̄d ex cõsuetudine & ꝓ sua natura apparere in somnis solet, id bonũ valetudinis statũ significare, terram videri immergi ab aq̄s ægrotatõem, q̄ ex humido ꝓuenit indicari, huic remedio esse vomitũ intermissione prãdii et sicci victꝰ rõem, terrã item nigrã aut crematã cõspici, eo fieri inditium exuperantis siccitatis, ptisana tum & rebus leuibꝰ & mollibus vtẽdũ. Sic & alia q̄ occurrũt plurima & a q̄bus humoribus ꝓueniãt, & q̄d mali portẽdant, & qua victus rõe ꝓhibeãt, docet, nulla fret̃ꝰ fal̃sa. ¶ Sic vano portẽta tagis. Tagis quoq; haruspicinã cõfutauimus, & ipsius tagis funginũ ortum irrisimus. Ridenda certe & etiã exibilanda. ¶ Vano furore. Ob eximiam insaniã, nulla verisimilitudine fultam, q̃q; Itali ita delusi, ut haruspicine eximiã fidem haberẽt, ut Herodianus testat̃ in. viii. historiarũ, & ante illum Strabo scribens delectari sua tẽpestate Romanos libris Sibyllæ, q̄bus & Aethrusca diuinatio ꝑ auguria, ꝑ exta, & Iouis signa satisfecerit. ¶ Oscinis & cãtus & p̃petis. Cõfutauimus pariter auguria & auspicia, & oĩe sup̃stitionis genus, Oscines aũt ille dicebant̃ aues q̄bus murmure. i. strepitu rostro canẽtiũ colliso, significari futura existimabãt, p̃petes v̓o q̄ volatu vẽtura portẽderẽt. Initiũ habuit hæc sup̃stitio, ut ꝓditum est, a Phrygibus & Isariis antiq̄ssimis, deinde multipharíã ꝓpagata, cuius multi noticiã sibi arrogauere, illius pauci, inter illos insanus ille Tyaneus fuit, q se linguas eorũ nosse iactabat, & añ illũ nonnulli vt Melampus, cuius noticia ridicula q̄dem, sed ipsius noticiæ causa magis certe deridicula, q̄m in dracones id referunt, q eius aures linxerit, eoq; venisse vt animaliũ postea voces intelligeret, q̄ nugamẽta ꝓrsus explodenda, qua humanos euentus significare aues dicunt̃, nil eĩ quod ip̃æ non p̄cipiant nota facere aliis possunt, & eius dũtaxat rei indices sunt, quam p̃sentiũt, p̃sentiunt inq; hominibus, sibi sentiunt, ut al̃s in. iii. de p̃notiõe longa disputatõne disseruimus. quod ad p̃sens negocium attinet, illud Verg. sit satis. Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce. & ante illud Euphorion non ineleganter, neq; admodum absurde cornicem vocauit υετομαντην nobis videlicet ob ea quæ de futura pluuia p̄sentiebat, quapropter Aratus graculos signa esse dixit υδατος ερχομενοιο & Nicander cornicem appellauit ομβρηρεα. sed qui eas naturalem hanc significatõnem excedere putant, in superstitiones incidunt augurii, a nobis in sexto de prænotione libro confutatas, & a Verg. etiã taxatas, cũ de illis in primo Georgi. libro dixit. Haud equidem credo q̄a sit di

Sic vano portenta Tagis ridenda furore,
Oscinis & cantus, & præpetis omnia pennę,

Podaliri⁹

Alpheus

Oscines

Prępetes.

uinitus illis Ingeniũ,aut rerꝫ fato prudentia maior. Verum vbi tempestas & cœli mobilis humor Mutauere vias,& Iuppiter humidus austris Denset erant quæ rara modo,& quæ densa relaxat,Vertunt spes animorꝫ & pectora motus Hinc alios,alios dum nubila ventus agebat Concipiũt,hinc ille auium concentus in agris Et lætæ pecudes,& ouantes gutture corui,Neqꝫ tamen omnia minutula allata sunt,genera tantũ confutauimus,ex quibus conclusis in illis spes omnes coarguunt.

Automati tripodes celeris præstigia mensæ,
Tantalea iugis stillans ab imagine gutta,
Ac surgens baculo tellus percussa frequenti,
Et glomerata simul nocturni pabula Phœbi,
Atqꝫ insolati voces de Memnonis ore,

¶Omina. Et si omen spes sit supstitiõis quæ fiebat ore,p sese singulatim quoqꝫ in libro de pnotiõe sexto refutata eliminataqꝫ,hoc tamen loco,p augurio sumptum est auium. ¶Tripodes præstigia Brachmanũ Indiæ, quæ pariter explosa sunt sub compendio colligunt. scribit enĩ Philostratus in vita Apollonij Tyanei,cuius noster meminit Hieronymus ad Paulinum,pfectum illum fuisse ad Brachmanas Indię sapientes,qbus psideret,Hiarchas,vidisseqꝫ apud illos sua spõte moueri tripodes,& mẽsam cõuiuio parari,fiebat id inuisibili ministerio dæmonũ.latebat aũt Apollonium causa,pterea potatũ eum phibuit phiala Tantali,quæ incorruptibilẽ stillaret humorẽ. Ad hæc illum conspexisse terrã in tumorẽ excrescere,dum baculis illam pcuterent,inter canendũ hymnos aduentanti soli. sic etiam finxerant Dædali opera sua sponte moueri,& tripodes Vulcani,auctore Homero,automatos certamen diuinũ suscepisse. cuius rei Aristoteles quoqꝫ in primo Politicorꝫ libro sic græce meminit ωσπερ τα δαιδαλου φασιν η τουσ του ηφαισου τριποδασ ουσ φησιν ο ποιητησ αυτοματουσ θεον δυεσται αγωνα. ¶Automati. idem est quod sua sponte moti,vocabulũ græcis notissimum,& illis omnibus aptatũ,quæ p se quicqꝫ operant,nec alterius egent ministerio. Homerus sæpe ea vsus est dictiõe. illud nũc succurrit αυτοματοσ δε οι ηλθε βοην αγαθοσ μενελαοσ. Pindarus quoqꝫ de Pythia loquens ait αυτοματω κελαδω,qm̃ non ad alterius arbitrium,ut enarratores sentiũt,sed inspiratiõe loquebatur. & Aristophanes πάξεσ τι εν βαδε αυτοματοσ ηκων. ¶Præstigia,deceptiões a pstringẽdis oculis nuncupata. ¶Celeris mẽsæ. celeriter motę,& tripodibus citissime coaptatæ. ¶Tantalea ab imagine. ex phiala ad imaginem Tantali fabricata,ut prodit Philostratus,Hieronymus Tantali fontem appellauit,porrigebat autem hospitibus,Philostrato ipo referente,ad amicitiã firmandã,quoniã hospitalis et humanus Tantalus habebat. ¶Iugis cõtinua. ¶Gutta: aquæ portio rotunda. ¶Stillans. cadẽs. Inter guttam & stillam hoc interesse censuit Palæmon grammaticus,ꝙ hæc decideret,illa cõsisteret. ¶Ac surgens. in tumulũ. ¶Percussa. dum vapularet. ¶Frequenti baculo Brachmanũ iugiter pcutiẽtiũ. ¶Et glomerata simul. Solis mensam in Aethiopia carmen innuit,de qua late scribunt Herodotus & Solinus. ¶Pabula. mensam vbi omnimodi generis carnes apportabant. ¶Phœbi. Quoniã Solis mensa dicebat. ¶Nocturni vero,quoniã noctu deuorabant epulæ. ¶Atqꝫ insolati. De vocali statua Memnonis habet sermo,quæ tum sonitũ emittere dicebat,cum Solis radijs ptingeret. insolari aũt ea dicunt,quæ patiunt Solem,vocabulũ nõ p tritum,sed quo vsi agricultores,quo etiam vsus. Io. Patruus contra astrologos inquiens,sicuti infirmiora capita si nimis insolent,ægrescũt. ¶De Memnonis ore. Statua erat Memnonis in Aethiopia sedentis habitu,ut Philostratus scribit in libris de vita Apollonij,quæ vbi sole illustret,& ad os radij ptingerent,loquebat. Alij Memnonis statuam in Thebis Aegyptiis posuere,de qua Iuuenalis in Satyra contra Aegyptũ. Dimidio magicæ resonat vbi Memnone chordæ Atqꝫ vetus Thebe centũ iacet obruta portis. Ad magiã poeta nec absurde retulit sonitũ,qm̃ ope demonũ pcuraret. Strabo vero geographus in decimoseptimo libro scribit apud Thebas sepulchrꝫ Memnonis fuisse,& duos colossos,ex quorum vno ferebat quotidie sonum audiri,causa tamẽ ignota,de basi & sede pdeũtem,non de ore,seqꝫ videndi,audiendiqꝫ gratia illuc accessisse,cum Helio Gallo & circa primã horã crepitũ sensisse,quem in aliam omnẽ causam libentius ꝙ in lapides referret. Plinius item scribit,lapidem delubro Serapis Memnonis statuæ dicatum,Solis ortu contactũ radijs crepare. Pausanias autem in Atticæ descriptiõne,vbi vocalis phibœæ lapidis mentiõem fecit,colossi illius meminit,adiecitqꝫ iuxta eum locum statuam sedentẽ a se visam,quam pleriqꝫ Eleusini vocarẽt Memnonẽ,q esset

Brachmanes.
Automati.
Prestigia
Gutta.
Stilla
Mẽnon
Insolari

in Aegyptū ex Aethiopia ꝓfectus, idq; a Thebanis negari, q populari cuidam suo statuā ad
scriberent. Alios vero cōtendere Sesostri fuisse statuā, a Cambyse mutilatā, cuius reliquū sole
oriente quotidie creparet. edi aūt sonitū citharę, aut lyræ, chordę ꝑsimilem, quare illius magi-
cę chordæ non ab re meminit. Philostratus vero in libro cui fœcit titulū Icones, scribit Mem-
nonem in Aethiopia transmutatū in nigꝝ lapidem, figurā aūt & spēm sedentis habere, vide-
ri aūt solem tanq; plectꝝ in os Memnonis incidere, a quo vox mitteret, qua veluti consola-
ret Himera. Callistratus vero scribit de imagine Memnonis, ꝙ lapidea erat, sed vocis potestā
tem habebat, & surgente aurora loq̄bat ἐπὶ σημάχινον (ut inq̄t) τῇ φωνῇ τὴν χαρὰν, hoc ē
voce læticiā significās, illud aūt addidit, ꝙ inclināte die ἔστενε ἐλεεινόν τι καὶ ἀλγεινόν, hoc
est miserabile q̄d & triste gemebat. Dionysius itē Libys Thebaꝝ q̄ in Aegypto sunt mentōem
faciēs, scribit ex ea vrbe natū Memnonē, & suā orictem aurorā amplecti, cuius poetæ grecus
Paraphrastes affirmat in Thebis fuisse Memnonis statuā, q̄ arte quadam in aurora vocē emit
teret, & veluti matrē appellās amplexaret. Eustath. vo interp̄s Dionysij, de ip̄a statua disserēs,
idem sentit, fuisse videlicet illam machinatōe quapiā ita cōstitutā, ut loq̄ret surgēte aurora, eā-
q; veluti salutaret matrē existimatā Memnonis ip̄ius, ea forte de causa, q̄d (ut idem auctor ē)
apud Aethiopes pulcherrimus esset Memnon, & solus albicaret. Ego q̄dem arte nulla p̄terq;
dæmonis factū existimo, vt istiusmodi simulachra aurora exoriēte vagi sub lumina solis lo
querent ad supstitōem cōfirmādam, Fabulabant em̄ Memnonē Auroræ filiū, alij diei fuisse
malebāt, ea forte ut ip̄e arbitror de causa, ꝙ q orietales ad occidētis regiones trāsferrēt sese, au-
rorę filij putarent, qm̄ solaris lucis initiū ab ijs primū visit, q sunt eius ortu ꝓpinqores. Nihil
em̄ aliud re vera est aurora, q̄ subrutilās ille aeris color, ex appropinquatōe solis ad nostꝝ fi- Aurorā
nitorē circulū, quē Græci dicūt orizonta. vbi em̄ solaris globus appuit, iam nō aurora, sed di-
es est, radijs aerē collustrātibus, tametsi apd' Zezem ἠώς (hoc est aurora) id sit tp̄is, quod a ma
ne ad horā vsq; prādij ꝓtendit. atq; etiā existimet ea dictōe totū diē significari, putetq; noctis
etiā p̄tem indicari, & tam diē q̄ aurorā dictōe illa simul ambiri. Vt aūt dęmon fabulaꝝ supsti
tōes impēsius cōfirmaret, nō solū aues in sepulchro Memnonis diuersari, & Ilion accedere si-
mulauit, sigētibus vͣ sunt ꝓdita, q̄ illas ideo Memnonias nūcupauerūt, qua de re vt poetas p̄ Memnō
teream, Pliñ. nōnulla in. x. sed plura Aelianus græcus auctor in. iiij. de aialibus, veꝝ & statuā nię aues
quoq; ad Memnonis imaginē fabrefactā, vocalē putari voluit, voces ip̄ę forte suffingēs, nec
priusq; radij statuā ip̄am afficerēt, ꝑuenirētq; aut ad os, aut ad pedes, seu pertenues illi, aurora
euanescēte, seu clariores post integꝝ globi ip̄ius exortū fuerint, vt & auroræ. s. & diei filio si-
mul satisfieret. Dubitari aūt posset, quo pacto videre in Aethiopia statuā illā potuerit Apol-
lonius, q̄ ꝓpe Thebas erat, & q̄q; litis cōpositio nō refert, dici tn̄ p̄t duas fuisse, aut vnā, quā
ob viciniā modo in Aethiopia, modo apud Thebas in Aegypto repositā dixerint. Cæteꝝ
q̄d attinet ad Memnonis historiā, Diodorus est auctor, annalibus regijs indicatū ossa Mem-
nonis fuisse cōbusta, & ad æthiopas ꝑlata, alij ad Tithonū in Persas maluerūt. Sed ei scribit Di
ctys Gnosius illū fuisse Tithonis & Himere filiū, eoq; se tp̄e vixisse, quo ille ꝓ Troianis depu-
gnās, ab Achille interfectus est, addit eius cineres ab Himera sorore matri cognomina multā
diligētia q̄sitas & acceptas, idq; sibi relatū a Neoptolemeo post excidiū Troianū, quo tp̄e du-
xit Hermionem, a cuius historia nō absurde puto existimari posse Homeꝝ pleraq; sumpsis-
se, q̄uis ea multis figmētis, mēdacijsq; referserit, huius auctoris historia græce nō extat, a Septi
mio trāslata legit. Cōsentit ei Dares Phrygius, cuius libꝝ Nepos Cornelius a se latinū factū, Dictys
Crispo Salustio misit, cōsentit inq; Memnonē ꝓ Troianis pugnauisse, & Achillis manu inte- Dares
rijsse, queadmodū & Hector occubuit, qua de re falsus Damis videri potuit, apud Philostra-
tū in Tyanei vita, apte negans Memnonē ad Ilion occubuisse, nec rebus interfuisse Troianis.
In alijs plerisq; dissensere Dares & Dictys, vtpote diuersaꝝ p̄tium, & q a bellatoribus, princi
pibusq; suis decipi facile potuerūt, ambo nihilominus raptam Helenā, graue bellū, Troiā ca
ptam & desolatā asseuerāt. vn̄ facile videri p̄t Dionem Prusiensem, cognomēto Chrysosto- Dion
mū (q si Philostrato eius vitæ scriptori stamus, erat q̄tū attinet ad elocutōem κέρας ἀμαλ- Prusiens.
θείας) si Dictys & Daretis vidit historias, magnope aberrauisse, cum scripsit ad Ilienses dicato
ope, captiuitatē Ilij nō fuisse, qn̄ quidē de Troiæ oppugnatōe ꝑ Græcos æquis esset & Græcis
& Troianis idem scribētibꝰ, q̄ Aegyptijs cōtra sentiētibus credidisse, ut hinc etiā discas q̄ fides
gentiū fabulatoribus habēda est, qn̄ & historici & philosophi sup eadē re, gesta sit nec ne, di-
gladient, & forte q ex nostris Troica cōfirmauere, his freti auctoribus potius fuere q̄ Homē
ro, tametsi a quoq; facta nō ē eoꝝ auctoꝝ mētio q̄d meminerim p̄terq; Dictys a Suida, & Da

Afflatos lunæ seruos mactabat Hiberus
Captiui & iugulo fundebat carmina vates
Cymbrica, & æripedū fremitus seruabat equorꝝ
Bellax Rhiphæo germania ꝓxima cœlo
Hinc quoqꝫ Thyrrenis excitæ vocibus vmbræ.

retis ab Hispalensi Isidoro, vtcūqꝫ sese habuerit res, non defuit dæmoni occasio fallendi in sta-
Tithon9 tua ipa Memnonia, siue Memnoni mater fuerit Titoni vxor, fœmina cui nomen Himera, si-
ue existimatū Auroræ vel Himeræ deæ filiū, nam isthæc quoqꝫ ambiguitas viguit antiqtus,
vt in calce Dictys historiæ visit, & postea a poetis & grammaticis tractata multifariā, inter q̄
memini me apud Zezem legisse, Tithonē Priami fratrē in orientis partibus vxorē cœpisse, et
senem factum aeris temperie in Cicadam cōuersum dici, qm̄ & cicadæ & serpentes abijcere se-
nectutē existimant, maritū autem Himeræ physice vocatū ex diei opibus, q̄ magis virilia sunt, vtpote cū nocturna opa fœminis aptiora videantur. quo factum vt opator diei vir sit appellatus. frater autē Priami. i. emptoris ob diurna videlicet negocia, apud Athenæum v̄o legi Thitonū, quo-
niā ex diluculo adusqꝫ solis occasum dormire cōsuesset, dictū cum aurora cubare. Legi etiam
apud Strabonē de Abido loquētem vrbe quōdam maxima, & post Thebas secūda, q͛ in ea
Memnonis regia fuerit mirifice structa, q tn̄ fabularꝝ cū meminit, vti solet pfatōe veniæ. Est q̊
qꝫ apud Stephanū Susa Memnonis ædificiū, & Cisia Memnonis mater, a qua & Susij Cisij
fuerint appellati, Aeschylus quoqꝫ Cisiā matrē esse Memnonis voluit. idē Diodorus, Sepul-
tusqꝫ idem Memnon in Syria, vt Geographo placuit, in Aethiopia ut alij dant intelligere &
cōsensisse Dicty vident̄, de quo supra retulimus. Mitto q̄ ex Hieronymo retulit Eustathius, q̄
ex Cressia Diodorus. nam pridem ab alijs vulgata. Referrē aūt q̄ Quintus Calaber in secun-
do opis, q̄ Paralipomena dicunt̄ canit, nisi & longiora essent, fabulosaqꝫ nimis, atqꝫ etiā pau-
lo añ Aldi bn̄ficio omnibus q Græce sciūt, facta cōmunia. legi quoqꝫ apud Lycophronē fa-
bulose, cum Tithone dormire cōsueuisse Aurorā in Cerne, ex quo ipa Aurora insedens Pe-
Cerne gaso terras ingrederet̄. Quid aūt sit Cerne, magna lis apud grāmaticos græcos, Zezes Ocea-
nitidam insulā in orientis ptibus affirmat esse, cōsentiens Lycophroni, tametsi apud eundem
alia Cerne occidētalis, vn̄ & Cerneatim insulā posuit ab illa Cerne nūcupatā. Ptolemeus q̊qꝫ
& alij affirmauere, prius in occidēte illam esse cōtra sinū Persicū, aduersam Aethiopię nōnulli,
Polybius in extrema Mauritania cōtra montē Atlantē. Nepos Cornelius ex aduerso Cartha-
ginis, vti Plinius refert in. vi. alij in meridie, ut Dionysius & Plinius, q in oceano posuit Aphri-
cano, Strabo Cernē videt̄ irridere Eratostheni his v̄bis aduersatus, Κερνην ερατοσθενης ονο-
μαζει και αλλους τοπους μηδαμου γινωσκομενους cernem ingt Erathosthenes no-
minat, & alios locos nullibi cognitos, qua de re in sylua nostra, cui titulus votū, terram citare
volētes remotissimā & īcognitā, ita lusimus. Quod si Cernææ longinqua ad littora terrę Per-
gere tentasses rapido p inhospita cursu Te sequerer. Sed vt reuertamur ad Memnonē nō ab-
surde penitus opinari qspiam posset, fuisse illum Tithoni filiū, & Auroræ dici, sumēte videli-
cet maligno dæmone corpus aeriū, & se Aurorā deam mentiente. ¶ Afflatos lunæ seruos.
Erat alia diuinādi supstitio ex dæmone pfecta, cuius meminit Strabo, cōsueuisse videlicet Hi-
Hyberi. beros illos q ad Boreā sunt, mactare seruos, & inde vaticinia fundere. ¶ Captiui & iugulo. idē
Schytę. auctor ꝓdit solitas esse Cymbricas mulieres captiuos iugulare, & ex ipo vulnere diuinare, Ger-
Germani manorꝝ ꝓdunt̄ vaticinia ex equorꝝ fremitu. ¶ Aeripedum equorꝝ, ita ex ferreis soleis appel-
eqs diui- latorꝝ. ¶ Bellax germania. epithetū regioni cōueniens Seneca in. vi. q̄stionum naturaliū vo-
nabant. lumine, noīat germanos auidā gentē belli, sed illis res gestæ forcere cognomē, & animus bellis
accōmodatus ex tempatura, nā plurimus germano sanguis est circa p̄cordia constipatus, ob
frigus cōtinētis aeris, q ꝓpterea excalfactus, dat aīos & audaciā, hīc puto Lucanū cecinisse. Oīs
in arctois ppl's qcūqꝫ pruinis Nascit̄ indomitus bellis & mortis amator. ¶ Proxia Riphęo cę-
Fremitus lo. ꝓpinq̄ Ripheis mōtibus, q sub axe arctoo sunt, sensus ē, septētrionibꝫ subiecta & boreæ ex-
posita. ¶ Fremitus. hinnitus & strepitus ore & naribꝫ emissi, obseruabant̄ vice augurij, cōsci-
os em̄ futuros equos putabāt, auctor ē Tacitus, fremitus āt equorꝝ sunt, tametsi leoni etiā ad-
scripti. hinc Papinius in. vij. de leone. Et fremitu gaudēs, sed Curtius fremitū hoīm, equorꝝ hin-
Necyo- nitū dixit, & fremere q̊qꝫ maria dicunt̄. Verg. & fremitu surgēs Benace marino. ¶ Hinc quoqꝫ.
mātia. Tyrrhenis. Necyomātia apud Assyrios, Chaldęos, & Tyrrhenos viguit, ita em̄ Theodoretus

ἐν δὲ τῇ Τυῤῥηνῶν καὶ Χαλδαίων τῆς νεκυομαντείας τὰ ζοφώτατα ἄντρα, hoc est
apud Tyrrhenos aũt & Chaldeos antra illa necyomantiæ tenebricosissima. ¶ Glomerata silẽ
tum agmina. mortuoꝝ turbæ coaceruatæ. silentes em̃ ꝓ mortuis sumunt. Verg. vmbrasq́ꝫ si
lentes. & iterꝝ, silẽtũ conciliũq́ꝫ vocat, vitasq́ꝫ & crimĩa discit. ¶ Lethesq́ꝫ a sedib⁹ imis. Lethe pa Lethe
lus apud inferos ficta ex obliuione, qua solutas corp̃e animas offundi gẽtes putabãt. ¶ Ty-
resiæ comites. ad Homerica illa fit allusio, cũ introducit Vlisses Circes monitis Cimmericos
pp̃los accessisse, & euocasse
vmbras ad fossam cubitalẽ,
excauatã ense, & venisse Tyre
siæ animã, q̃ illi euẽtura p̃cine
ret, ut retulimus inter cõfutan
dũ necromãticas vanitates, in
iiij. de p̃notõe. De Tyresia v̾o
p̃ter Homerꝝ meminit Lyco-
phron, & Callimachus me-
minit, tanq́ꝫ oculis capto, qm̃
Pallada nudã cõspexisset illi⁹
ausum ab antiq̃tate sub fabu-
larꝝ inuolucro notatũ suspi-

Assyriĳsq́ꝫ simul p̃cibus glomerata silentum
Agmina Tartareæ Lethes quæ a sedibus imis
Tyresiæ comites vndantem sanguine fossam
Complebant, fatuis & tristia fata canebant.
Hæc tẽpla, hos cultus, atq́ꝫ hæc oracula diuũ
Aduentu Christi ruere, & collapsa referri
Aspiceres, nullos recinebat Pythia cantus.

cor, sicuti & alioꝝ plerũq́ꝫ, eoq́ꝫ tendere putarẽ q̃spiam posset, quo & illud, videlicet ꝙ cõiura
ti cœlum rescindere fratres fulminibus repulsi fuerint, tametsi furtũ id Homeri fuisse Iustinus
martyr ostẽderit, sic Arachnẽ vetustę gentes, & alia nõ parꝝ multa, ex lite cum deis in bestias
mutarunt. sic Verg. Misenũ certãdi studio, cũ marinis numinibus mersit in pelagus, in quo li
cet aduertere poetã simul & fabulã notasse illud canẽdo, si credere dignũ est Inter saxa virꝝ spu
mosa immerserat vnda. Et contentões quoq́ꝫ sup̃bas indicasse his v̾bis, Demens & cantu vo
cat in certamina diuos. ¶ Fatuisq́ꝫ & tristia fata. Derident insani q̃rentes futura ꝑ mortuos, &
ideo diximus, fata fatuis cantari, sic Augustinus astrologoꝝ dixit fatua fata, & legisse q̊q́ꝫ me
mini. C. Bassi sententiã Firmiano referẽte, ꝙ Fauni vxor & soror Senta Fauna fatua noĩata
sit, qm̃ mulieribus fata canere cõsueuisset, ut Faunus viris, idq́ꝫ eo expectat quod Seruius retu
lit eodẽ fonte nõ difficulter haustũ, nã temp̃e posterior fuit, utpote q post Donatũ beati Hie-
ronymi p̃ceptorẽ scripsit, quẽ multis annis nõ Bassus mõ, sed Firmianus ip̃e Lactãtius p̃cesse-
rit, retulit inq́ꝫ Fatuã vxorẽ Fatuelli eosdẽq́ꝫ esse Faunũ & Faunã dictos a vaticinãdo. i. fando
vñ & fatuos dictos, q incõsiderate loquunt. Faunũ v̾o ἀπὸ τῆς φωνῆς dictũ, ꝙ voce non
signis oñderet futura. Fatuos v̾o antea dixerat Donatus, q v̾bis & dictis fatui sunt, qq́ꝫ ine- Fatuus.
pta loq̃rent a fando, vñ & Fauni fatui. Putabãt fatuę & insanę gẽtes defunctoꝝ aĩas fata. i. que
decreta eẽnt vnicuiq́ꝫ, & nosse & posse p̃dicare, canebãt ãt & tristia denũciabãt. quẽadmodum
fingit Homer⁹ Vlissi accidisse, audiẽti ꝙ occubiturus eẽt, & q̊ pacto. ¶ Hęc tẽpla, hos cult⁹. nar
rato q̃tũ expedire videbat falsoꝝ deoꝝ cultu, recẽsitisq́ꝫ oraculis qb⁹ añ corp̃ati v̾bi p̃ñtiã
demones fallebãt humanũ genus, nũc mõstrandũ saluatoris aductu, & fugisse demões, & ora
cula siluisse, & q̃q́ꝫ Iesus Christus saluator potuisset & istis silẽtiũ, & illis fugã indicere, añ incar
natõem, añ natiuitatẽ & mortẽ, eternus tñ ordo diuię ꝓuidẽtię verissim⁹, iustissimus, optimus
tametsi nobis sp & vsq́ꝫ q̃q́ꝫ nõ cognitus, ita exigebat, ut eo ip̃o tp̃e qđ ab Ap̃lo plenitudinis
appellatũ ẽ, a mũdi pricipatu demões pelleret. Hec itaq́ꝫ tẽpla q̃ demonib⁹ cõstructa fuerant
Christi v̾tute aut destructa sunt, aut in suꝑ̃pius honorẽ cõsecrata, tanq́ꝫ rediuiua ꝑseuerauerũt.
Hi cultus, hęc sacrilegia, sacrificia dissipata sunt & ꝓrsus euanida. ¶ Hęc oracl̃a diuũ. hęc q̃ nar
rauim⁹ diuinatõis noĩe celebrata phana & rñsa dæmonũ, q̃ gẽtes vtilia existimabãt, vñ χρηστ-
μοὶ dicebãt, sꝫ falso cũ eẽnt ꝑnitiosa, scelesta & obscura. ¶ Aduẽtu Christi ruere aspiceres & col
lapsa referri, nã post Christi natiuitatẽ & mortẽ, post p̃dicatũ e⁹ euãgeliũ, siluere oracl̃a, & illis
dicata sacella, & phana p̃dicãtib⁹ Ap̃lis corruere, & exitiũ sępe suis cultorib⁹ attuler. ¶ Nullos
recinebat. adeo v̾o Christũ formidauit demõ, ut aliq̃ etiã ĩ loco silere ĩcip̃et priusq́ꝫ ille de vir
gĩe nasceret. Scribit eĩ Cice. sua tẽpestate cessauisse diuiatõem oracl̃i, q̊d a Pythia redderet. Idẽ
q̊q́ꝫ subindicat Lucañ. dũ eodẽ tp̃e iuisse Appiũ canit ad ĩterrogãdũ oraculũ. sic tp̃e lõgo Im-
motos tripodas vastęq́ꝫ silẽtia rupis. Appi⁹ Hesperĳ scrutator ad vltia fati Solicitat. Et Strab.
q sub Augusto vixit, q̃ Cicero trucidat⁹ ẽ, oraculũ ip̃m neglectui habitũ sua tẽpestate scribit,
q & alio loco narrat, ꝙ nõ Delphicũ mõ, sed Ammonis oraculũ pene defœcerat. & oĩm pa-

Pythia riter maxima erat negligentia. ¶Pythia cantus. Pythia fœmina Apollinis sacerdos, q̃ in tripo
Holmus. dis holmo, ut diximus al's, residēs vaticinabat̃. Holmus tñ apud Athenæū poculi spēs, ps aũt
hæc tripodis ponit̃ ab Aristophanis enarratore, apud quē Delphici quoq; vaticinij principi-
um refert̃, auctoritate Diodori. xvi. libro historiaꝝ. de terræ hiatu vbi mox adyton ꝙ cũ cir
cũstetissent capræ, & vocē edidissent, obstupefacto pastore, futura p̃cinuerũt, vt al's narraui-
mus, indeq; factũ vt ꝓphetes Pythia responsa redderet. Hãc etiã scribit Strabo sup excelsum
tripodē, q ostio supflaret, ꝓfundæ & curuæ speluncæ, de qua pflante numine mittebat̃ aura, se-
dere solitã, & spũ diuinatõis hausto, responsa Apollinis referre, quo factũ ut recinere cãtus di
xerimus, vtpote quos aliũde hauriret, nõ ex se ꝓmeret. Respondebat aũt & ꝓsa orõe, & ỽsu,
Phemonoe & poetas quosdã templi ministros habebat. Nomē primæ fœminæ, q̃ ad hũc modũ vatici-
naret̃ Phemonoe fuit. Pythiæ nihilo minus oẽs appellatæ, hæc eadē sacerdos Pythia Melissa
Melissa. dicebat̃, de qua Pindarus in Pythijs hymnis, dũ oraculi mentõem haberet, quo psuasus in Li
byã cõcessit. Batt⁹ canit χρησμος ωρθωσε μελισσας δελφιδος, & alibi q̊q; id nomē citat, sed
& eius enarratores ꝓ cõpto ponũt, antiqtus fęminas q̃ sacris & mysterijs p̃essent Nymphas
& Melissas vocari, tametsi exactius Cereris sacerdotes ea ĩpa nomẽclatura censerent̃, has ĩpas
Patareus Mnaseas voluit anthropophagis hoĩbus psuasisse arboꝝ fructib⁹ vesci, & earum
vnã me legisse memini, cui nomē Melissa primũ κηρια mellis in Peloponeso inuenisse & co-
medisse, & aqua mixta etiã ebibisse, atq; alijs quoq; id negocij tribuisse, & inde factũ vt apes ip
se melisse dicerent̃. hec a Gręcis. A latino ỽo Firmiano græcũ Didymũ secuto, pcepi Melissea
regē Cretẽsiũ primũ dijs sacrificasse, cuius filiæ fuerint Amalthea & Melissa, q̃ Iouē pueꝝ ca-
prino lacte & melle nutrierint, vñ fabula deducta sit apes Iouis pueri os melle cõplesse. ĩpam
ỽo cõstitutam a patre sacerdotē primã magnæ matris, quo factũ vt tum etiã eiusdem antisti-
tes Melissæ nũcuparent̃. Certe Iulius Pollux voluit fœminas, q̃ sacris p̃essent, & sacerdotes &
ꝓphetes cõmuni vocabulo nũcupari, quo etiã mares appellarent̃, eam ỽo q̃ in Delphis erat
Pytho ꝓprie Pythiã noĩari. Pytho aũt Bœotiæ est vrbs. Homerus πυθοι εν ηγαθεη, & alibi φοιβου
απολλωνος πυθοι ενι πετρηεσση, & in hymno Apollinis idem προς πυθω πετρηεσ-
σαν, & demũ eam vrbem sæpenumero citat, qua qdem in vrbe fabulatus est Pindarus mũdi
esse meditulliũ comp̃hensum volatu aquilaꝝ, q̃ Iouis imperio ab ortu & occasu dimisse eo
loci cõcurrerint. quasi suus ille Iupiter tam paꝝ gnarus, ut hoc egeret experimẽto, sed ut fabu-
læ fides fieret, ĩpaꝝ imagines aqlaꝝ cõsecratæ sunt, & postea sublatæ in Phocensi bello, hanc
ĩpam vrbē primũ Napen, mox Petriessam, deinde Crissam, mox Pytho vocatã inuenio, di-
cta aũt πυθω, vel εκ του πυθανεσθαι, hoc est ab interrogando (qm̃ locus erat oraculi) vel
απο του πυθεσθαι, hoc est corrũpi & putrefieri, ꝙ illic videlicet putrefactũ sit interfectę cada
uer serpẽtis, cui nomē python. Apud Homeꝝ in hymmo ĩpius Apollinis dr̃ Pythium, inde
Apollinē cognominari, sed & instituta postea sunt Pythia certamina in honorē Apollinis, q̃
rum victorib⁹ pecunia primũ, mox coronæ in p̃miũ dabant̃. A Pytho quoq; fortasse fœmi
næ nomē emersit, q̃ in Pytho vrbe daret oracula, vñ apud Orpheũ in hymnis in Pythio so-
lio regnasse Pythiã legimus. Nec modo Pythia fœmina, sed & Pythius quoq; Apollo inde
nomē habuit, ex eo item antra deriuata sunt Pythia. Lucanus in. vi. Non tripodas Deli, nõ Py
thia cõsulit antra, sed & agon cui nomē Pythia celebrabat̃. Apud Megarenses item & apud
Sicyonios instituta sunt Pythia certamina, quoꝝ Pindarus in quodã hymno, & Halicarnase
us in historia mentõem fęcerũt, ĩpa certe Christi aduẽtu ꝓpinquante Delphica oracula & Py-
Delphi. thia responsa cessarũt. ¶Delphica. Delphi eadem vrbs, ꝓdit̃ q̃ & Pytho. Delphi aũt vel a Del-
pho Neptuni & Melantho Deucalionis, ut interp̃s Lycophrontis notauit, vel qm̃ in Pytho-
delphin⁹ serpens ne delphinus draco sagittis sit cõfossus, vt Elius canit ος ποτε πετραιη υπο δειραδι παρ-
ρασιω δελφινα τοξοισι πελωριον εξενάριξεν, vñ fortasse Tertulianus eum dixit delphi-
nē, vel fortasse ꝓpterea ꝙ ut Leander & Callimach. retulerunt delphinis vocabat̃ draco, q̃ cu
stodiebat ĩ Delphis oraculũ, vel qa επι δελφινος οχουμενος .i. delphin, vel qa Delphino
sĩlis factus nauē p̃cesserit adusq; Crisseũ Phocidis sinũ, q̃ nugę vident̃ Homero niti, cũ in eius
Apollinis hymno canit φοιβος απολλων ειποντο δε ποθουσε δεμας δελφινι εοι-
κως. & que sequunt̃ multa, inter q̃ in eius psona illiud εμοι ευχεσθαι δελφινιω αυταρ ο
βωμος αυτος δελφιος, sic etiã & vrbs Delphi vocata quã diuisam olim in ptes tris inuenio
& hoꝝ qdem alia υπατη, μεση alia, tertia νατη, q̃ & Pytho etiã supra nũcupata, cuius sæpe
meminit Pindarus in Pythijs hymnis. A delphis quoq; Delphinius mensis Apollini sacer, ea
vrbs prius Lycoris dicebatur a Lycoria vico, hinc apud Apollonium Phœbi Lycorei men-

tio, postea Delphi. vnde Lycophron vocauit Apollinem Delphinũ deum Δελφινιος πατερ
αυτεα μεγαλος θεου. Cerdous autem ut inquit Zezes, quoniã p oracula ostenderet, quæ lu- Cerdous
cro conferrent, ego vero existimo id dictum ea de causa, ꝙ lucro ipsius sacerdotes sæpenume Apollo
ro oracula venderẽt in Delphis, vnde apud Demosthenẽ scriptum est Pythiam Philippissin,
quo factum ut adeo diuitijs abundaret Delphoꝝ oraculũ, ut ad illum depdandum partem
exercitus miserit Xerxes, q repulsus fert̃ imbribus atq; fulminibus, dum ad Palladis templũ
puenisset, qua de re late Dio-
dorus in vndecimo historia-
rum. Factũ autem vel rapinis
vel ipsius silentio, ut ad sum-
mam mendicitatẽ pueniret, in
quo prius tanta legum aucto-
ritate maiestas reposita fuerat
vt qui in eo quicq; sacrilegij
commisisset capite puniret̃, ut
ex Aristotele colligit̃ in qnto
Politicoꝝ libro. ¶ Phœbi va-
niloqui. varij, falsi, mendacis,
scribit Porphyrius dæmonũ
cultor, mentiri dæmones in

Delphica vaniloqui cantata oracula Phœbi
Conticuere priusq̃ sacrũ virginis almę
Clara puerperium sparsisset lumina mũdo,
Lumina tartareas ppulsatura tenebras.
Nec secus abscessit q̃ quæ ptexere cœlum
Occepit nubes, claros Hiperionis ortus
Attenuata fugit liquidasq; recedit in auras,
Flammiferi nondũ solis vexata corusco

oraculis solere, cuius cũ de illis loqueret̃ isthæc sunt vba και ψευδονται περι πολλων
ερωτηθεντες & mentiunt̃ (inqt) de multis interrogati. ¶ Conticuere. siluere, obmutuere. ¶ Pri
usq; sacrꝝ. anteq; vginis ptus. ¶ Puerperiũ. s. ¶ Virginis almæ. Christus videlicet ex vgine na
tus. ¶ Sparsisset lumina. singulari p plurali, disseminasset, effudisset vitatis. s. iubar affluentissi
mum p orbẽ vniuersum, tum quoq; nõ solũ Pythiæ nugæ, sed & oĩa vana oraculoꝝ pscita
rescissa sunt, & templa destructa, qbus Palladis auctoritas nil suffragata est, nec Iouis illa quæ
celebrabãt trisulca fulmina. ¶ Almæ. si hoc nomẽ a latino vbo deductũ hoc loco volumus,
ut. s. ab alendo intelligat̃, optime cõuenit vgini Mariæ, ea em̃ Christũ quẽ spũs sancti opatiõe
concepit, & salua etiã vginitate peperit, aluit, atq; nutriuit. Si vo nominis hebræi allusione di
ctum capimus mysterio cõuenit. nam almã vginẽ parituram esse, Esaias multo ante pdixerat,
lumina inq; anadiplosis est figura. ¶ Propulsatura. depulsura, eiectura, eliminatura, fugatura.
¶ Tartareas tenebras. obscura mendacia dæmone tartareo mũdo illata, ac p veris atq; diui-
nis tradita, id effecit lumen Christi. q omnẽ illuminat hoiem (vt Ioãnes inqt) venientẽ in hũc
mũdum. ¶ Nec secus abscessit. Compatio vt videt̃ non incõueniens, nam Christus iustitiæ
sol, q nubes mendacioꝝ & falsæ religionis, cuius obtectu diuinæ lucis radij nõ admittebant̃,
pepulit & dissipauit, vti em̃ nubes orientis solis potẽtiores radios nõ sustinet, sed rarefit conti-
nuo & dissipat̃, ita nec supstitiõis & scelestæ religionis nubes, oriẽtem iustitiæ solẽ pati potuit,
sed cessit, locũ dedit, euanuit, & eo magis, quo subiectas regiones irradiauit potẽtius, & cæca
hominũ pectora & obtenebratas mentes ardentius illustrauit, non secus igit̃ abscessit, discessit
aufugit. ¶ Quã nubes. non dici nubs sicuti trabs & prex & plebs notauit Seruius. Ausonius
tamẽ nubs, Periuꝝ Lapitan Iunonia ludificat nubs. sed pstat nubes dici vtroq; numero, & ita Nubes
elegantiores fœcisse auctores dephendunt̃. ¶ Quæ ptexere. operire, cooperire, velare, obnu- Aer.
bere, obtegere. ¶ Cœlũ. aerem. aer em̃ p cœlo capi ab antiqs solere notissimũ est. ¶ Occepit. in
cepit, principiũ dedit, inchoauit, exorsa est. Claros ortus. lucidã & claram globi solaris appa
rentiã, supra nostrum finitorem. ¶ Hyperionis. solis ita nuncupati, vel quia fabulose Hyperi Hyperiõ:
onis filius dicebatur, vt voluit Hesiodus, vel απο του υπερ ημας ιεναι, id est ab eo ꝙ
supra nos eat. ¶ Attenuata. Effœta tenuis, subtilis, rara. ¶ Fugit. abit celeriter, dissipatur, po
stea & perit. Recedit in auras. resoluitur in aerem rariorem, purioremq;, nam quodam mo-
tu & impetu caloris sibi contrarij, primum exagitatur, quo fit ut tenuis quidam ventus gi
gnatur, qui nomine aurarum datur intelligi. ¶ Liquidas. puras atq; perspicuas. & ita liquidus
aer persæpe Vergilio & alijs auctoribus latinæ linguæ dictus est. ¶ Flammiferi. calorẽ emit Auræ
tentis & afferentis flammas, compositio est ex nomine flammæ & verbi fero. rara tamen hu Flãmiferi
iusmodi apud latinos dictionum conflatio, apud Græcos frequentissima, quibus in com-
ponendis vocabulis, mira & diligentia & gratia. ¶ Vexata. agitata, deturbata, depulsa.
¶ Corusco. splendenti, lucido, illustri.

¶Congressu.propinquitate atq; conflictu,qui nunq̃ deest inter calorem & frigus humidũ, & siccum,& inter omnia plane cõtraria vbi proxima sunt.¶Ardenti nec dum.repetitio ẽ ad maiorem exp̃ssionem & ad aggeratõnem facta.¶Conterrita.pturbata,afflictata, dep̃ssa,iactata cum sol supra nostrum finitorem circulũ emersit.Cœperunt itaq; in Europa ante Christi aduentũ cedere dęmones & voces comprimere,qbus potissimum Romani potẽtia p̃cellẽtes,stuperent,& Græci sapientia celebres,mirarent̃,& eo magis q̃ in ip̃a Græcia euanescerent.

> Congressu, ardenti nec dum conterrita luce,
> Ast vbi Niliacas ,p̃fugus descendit ad oras,
> Ora bouis reticent, Argiuæ numina vaccę

Græcia. Nam Pythiæ oraculũ & Delphi,erant in Græcia,& alia etiam pleraq;,ex ijs quæ supra recẽsuimus.Latum q̃ppe nomen Græciæ,Homeri tempestate,ut est ex Odyssea colligere.Et Pausanias scribit,eam q̃ suo tempe Græcia dicebat̃,multis in locis barbaros tenuisse,ad Siciliam etiam & Italiam vsq; p̃pagata est,cuius pars magna olim Græcia dicebatur,ut etiam Hieronymus adnotauit.solebant em̃ quondam in populorũ Græciæ enumeratõe Siculi & Itali censeri.Scribit em̃ Diodorus,in bibliotheca Xerxem conuenisse cum Carthaginensibus,vt Græcos expugnarent,qđ ut facilius fieret Xerxem ip̃m illatuꝝ Græciæ bellum.Carthaginenses vero eodem tempe,aduersus græcos qui Siciliam & Italiam inhabitarẽt,moturos arma.Nõ solum aũt Græcię oracula Christo nato cœperũt conticessere,veꝝ & Asiatica,& in primis quæ in Aegyptia terra,omniũ sup̃stitiosissima.¶Ast vbi Niliacas.Vbi em̃ Christus a Iosepho custode in Aegyptũ vectus,ob Herodis sæuitiam,p̃dunt historiæ nostris conscriptæ,corruisse Aegypti simulachra.Silere item oracula orbis terraꝝ reliqua cœpere,& tanto successu ut Hadriani tempestate vix vestigia reperirent̃,quod Plutarchus apud gentes grauis auctor,scribit eo in libro cui titulũ fœcit q̃ oracula defecissent.Is idem Plutarchus palam arbitrat̃ fuisse eos qui illis p̃essent non deos sed dæmones,q in edendis videlicet oraculis,nõnulla etiam de carminibus Empedoclis suffurarent̃,& malefici quoq; essent hominibus,& turpia atq; crudelia sacra p̃curarẽt,& quodam eius op̃is loco,cũ de cuiusdam oraculi silentio disputaret,q multa celebritate viguisset,responsũ dat̃ ijs v̾bis ολεν δει περι των εκει πυνθανεσθαι και διαπορειν την εν θαυθα των χρηστηριων αμαυρωσιν μαλλον δε πλην ενοσ η δυοιν απαντων εκλειψιν ορωντασ.nihil inq̃t de ijs quæ illic sunt oraculis,p̃cunctari oportet aut eoꝝ quæ hic sunt abolitõem v̾tere in dubium,id certe magis quo pacto omniũ quæ fuerãt,vno aut altero exceptis defectus conspiciat̃.¶Ora bonis reticent.Siluere igit̃ oracula dæmonũ vbiq; terraꝝ,et

Apidis oraculũ Apidis oraculũ,de cuius templis supradictũ obmutuit,bouis aũt,quoniã Apidem bouẽ esse monstrauimus,q Aegyptijs(vt inq̃t Luctatius)motu corp̃is sui,& q̃busdam signis,futura p̃dicebat.¶Argiuæ vaccæ.Isidis,supra ostendimus geminas Isides solere citari,alterã Aegyptiam,

Isides duę argiuã alterã.de illa supra,de hac ad p̃ñs intelligimus,q̃ prius Io dicebat̃.Inachi regis Argiuoꝝ filia,quã Inachiã p̃pterea iuuencã appellauit Verg.& q̃ defuncta p̃pe Silpion montẽ,nomẽ loco dedit Iopolin apud Antiochiã illã ab Antiocho Seleuco cõditã,cui nomẽ postea fuerit vrbs dei,tempe Iustiniani principis Thracensis Iustini nepotis,vt p̃dit Eustathius.Eam ab Ioue raptam,& in vaccã,ira Iunonis,cõuersam fabulabãt̃.Scribit Palephatus fuisse Io Ina

Io chi filiam,cui ciues id honoris impenderũt,ut Argiuæ Iunonis sacerdos esset.Ipsam vero cũ in vtero concepisset,patris & ciuiũ metu ex vrbe fugisse,quam vbi Argiui quæsitam comp̃hendissent,in vinculis habuerũt,dicebãt aũt q̃ veluti bos.οιςρησασα.i.œstropercita fugisset in Aegyptũ,quo cũ p̃uenisset,peperit.vñ fabula postea conficta est.Herodotus voluit ip̃am Io.Phœnicũ naui p̃p̃inquasse,& a nauclero comp̃ssam,quæsisse ut in Aegyptũ p̃ferret̃,addidere fabulæ ira Iunonis in vaccam v̾sam,& œstro sollicitatã.& Lucianus fabulã haud ut alia omnia p̃ter p̃priæ linguæ cultũ irridens,Iouem introducit Mercurio p̃cipientẽ,ut Argũ custodem Io.q ut ille ait αυπνοσων,iterficeret.atq; illã in Aegyptũ p̃ductam,Isim & deam efficeret,sed putauit cũ Palephato Zezes ipsam Ionem œstropercitã instar bouis aberrasse,percussam amoris œstro,cui nomẽ asilo Romanũ est,ut canit Verg.hæc adijciens.Hoc quondã monstro horribiles exercuit iras Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencæ.Alij,naui,cui bouis esset insigne,vectam dixere,& ideo vaccæ formã ip̃i tribuere.Alij,a duce Gnosio cui Tauro nomen,abactam maluere,iussu Asterij minotauri Crete regis,q Pasiphaes & Tauri ducis filius habitus,cui tamen tauri faciem nugãdo gẽtes indidere.Alij Phœnices Argos petiuisse di

xerūt,& Io regis filiā rapuisse,atq; ad Osiridem in Aegyptū ꝑtulisse,quod Lycophrō visus ex primere cū inqt,lupos rapuisse την βοωπιν ταυροπαρθενον κορην,& dedisse μεμφιτηπρο μω.Nec tñ vti diximus Io sub Isidis nomine culta est ab Aegyptijs,quorum etiam supstitio Romam inuasit,in qua templum Isidi structum erat in Martio campo,& constituti sacerdotes,q sub Tyberio Cæsare,ob immane flagitiū extincti sunt,inducti em̄ ꝓtio ab homine Romanæ militiæ,q nobilē matronā deperibat finxere & fœminæ ꝑsuascre Osiridem illius congressum q̃rere,quæ supstitiōe magis q̄ libidine mota,cubauit in Isidis templo,in quo miles ille delitescens,emētita Osiridis imagine,fœminæ stupꝝ intulit,ut hinc aduertāt supstitiosiores mulierculæ,ne apostatis sacerdotibꝰ abutant̄,illa em̄ ꝑter alia,pudorē,illi vitā amisere,& ī simulachꝝ q̄q; Isi- Apostatæ sacerdotes

Dispereunt,fauces iam tum ꝑclusus Anubis
Latratu Pharias ne quicq̄ territat vrbes,
Pollutoq; ruunt simulachra infanda sacello,
Exortæ in tenebris sunt hæc primordia lucis.
Sed postq̄ superas victor remeauit ad arces

dis animaduersum est,vt Egesippus in historia narrauit longo progressu.Et meminit etiam Iosephus in octauo decimo antiquitatum.Nos autem aduertere possumus,eo tempore Isidē cœpisse Roma exulare,quo christianæ imperiū fidei,per orbē vniuersum propagari oportebat.Christo autem in Aegyptum perlato,ex Aegypto Isis aufugit,nam illius ꝑsentia supra diximus & templa & phana Aegyptiorum vanitate structa corruisse.Iuuencæ & bouis nomen,heroicum magis videri quibusdam posset q̄ vaccæ,sed præter alia id nobis adstipulatur Papinij in vndecimo Thebaidos,Horret ager trepidæq; expectant ꝑlia vaccæ.¶Reticēt. silent,conticescunt.¶Numina.dæmonum voces,falsa numina.¶Dispereunt.delentur,dissipantur,abolentur.¶Fauces iam tum.diximus Aegyptios pro numine canem habuisse,Anubim dictum,qui clausis videlicet & obturatis faucibus,responsa non dabat.græca ṽo loquēdi figura,dictum est fauces præclusus Anubis,ut oculos suffusa nitentes.¶Latratu pharias. ex quibus Aegyptiæ vrbes non terrerent̄,eæ Phariæ dicuntur,a Pharo insula,quæ,ut Strabo ait,oblonga continenti adiacet inter duo promontoria.Ipsum autem quod est in insula ꝓmontorium petram esse dicit mari clausam,quę turrim habet multis tabulatis excelsam,& albo lapide mirifice structam,eodem quo insula nomine,in qua collucentes ignes noctu,consulebant nautis ne portum ignorantes periclitarentur,opus a Sostrato Gnidio confectum. Anubis

¶Territat.Dictum autem terreri vrbes,quoniam Anubim diximus canem esse,& canū latratu prætereuntes viatores,horrere atq; terreri solent.¶Nequicq̄.frustra,id em̄ aduerbium duplicem obtinuit significatū,alterū pro eo quod frustra.Verg.hic me pater optime fessum Deseris,heu tantis nequicq̄ erepte periclis.Et alibi.ter saxea tentat Lumina nequicq̄.& iterum Multa viri nequicq̄ inter se vulnera iactant.& etiam pro aduerbio negandi sæpenumero sumitur.¶Polluto q; ruunt.polluto,cōtaminato,turpi sacrilegio corruerūt.qppe vti diximus in Aegypto simulachra dæmonū,vbi eam Christus est ingressus,declinata seuientis Herodis inuidia.¶Sacello.templo,delubris,diminutiū est nomen a sacro.Varroni tamē placuit sacellum dici quasi sacram cellam. ¶Infanda.scelesta non digna fari,quod enim horremus,& mirum in modum ob sui nequitiam offendit,& ab auribus atque animo abhorret,id infandum,nefandumque dicimus,& nefastum,de cuius æthymologia supra diximus.Idola vero gentium sunt huiusmodi & eorum quoque vocabula de quibus ait in Psalmo Propheta.Nec memor ero nominū eorum per labia mea.Et sane vt gentes ipse autumabant,sacre se & ex religione facere cum ea tractabant,ita nos illa nisi inter confutandum & explodendum promere non conuenit,ex quo illud emolimentum trahitur,quod Christo gratias agere commonemur,qui ea dissipauerit,& nos ab ea liberauerit perniciæ,quę inde nobis imminebat. ¶Exortæ primordia lucis.primordia hæc sunt & initia signorum,quibus Christi diuinitas apud omnes gentes declarari potest,cuius veritatis lux,mēdacia dæmonis mortifera pepulit,& hominū simul illustrauit mētes,q lumen ipsum cæca obstinatiōe minime refutarūt,iuxta illud ꝓpheticum in Psal.Exortum est in tenebris lumē rectis corde. ¶Sed postq̄ superas.vbi vero Christus ascēdit in cœlum,& Apostoli ꝑ terrarꝫ orbem euāgeliū ꝑdicarūt. ¶Triumphata morte.hoc est deuicta,subacta & debellata,quod enim insigniter victum est, triumphatum dicitur,a triumpho claro & insignis victoriæ premio,vñ illud Satyrici poetæ, Nuda triūphati iacuit ꝑ regna Iugurtæ.& illud Verg.bisq; triumphatas vtroq; ab littore gen Nequicq̄ Sacellū. Infandū. Triūphatum.

tes,& iterum. Ille triumphata capitolia ad alta Corintho. Fuit autẽ a Christo debellata æterna illa mors. quo tenebamur obnoxij peccato originis, tumq; illud sacri impletum eloquij. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? & alibi. Absorpta est mors in victoria. dedit enim sua morte Christus æternã vitam, ijs q regenerati sunt p fidẽ & baptisma,& occidit mortem æternã, cuius omes eramus rei peccato Adami. sua itaq; morte mortẽ debellauit, de qua nos cũ alia plurima, tum etiã illud in Elegia añ hymnos cecinimus. Et voluit mortẽ morte perire graui. igit̃ pacta & resurrectõe pfecta. ¶ Victor dęmonũ,& peccati & mortis. ¶ Ad arces supas, ad Empyreũ cœlum supmum oĩm, in quo pcipue Christi relucet potestas & gloria, sicuti principis terreni vis atq; potestas in arce munitissima cõspicit̃. arx autẽ & arca quasi archana. i. secretæ res dictę sunt, prima vo origine ab arcẽdo. ¶ Remeauit. cõscendit, redijt, qa de cœlo dictũ erat descẽdisse, cũq; loco diuinũ vbum nõ circũscribat̃, nec p se motui subijciat̃, remeasse itaq; vbũ dr̃, & Christus ascendisse. tumq; impensius vrgeri cœpere dęmones & fugere, & non multo etiã post, duo illa oracula, q̃ diximus Hadriani tempibus extare, cõticuerũt. nam adusq; tpa Theodoreti Episcopi amplissime cessauerãt. ille qppe gẽtibus ipis alacriter insultans, defectũ suorum oraculorum exprobrat, & q̃dam loco ita scribit Και ουτε της κασταλιας προσαγορευεται ναμος ουτε κολοφωνος η πηγη προθεσπιζει ουκ ο θεσπρωτιος λεβης μαντευεται ουκ ο τριποσ ο κιρραιος χρησμολογει ου το δωδωναιον χαλκειον αδολεσχει ουχ η πολυθρυλλητος φθεγγεται δρυς. q nos tãtisp in latinũ vtamus, dũ omnia eius opa, aurea qdem atq; suauia, tempus idoneũ, & a curis & a reliquis elucubratõnibus nacti, possimus in latinum conuertere. nec Castalia prædicit aqua, nec fons Colophonius futura promit, nec Thesprotius diuinat lebes, nec reddit oracula Cirreus tripos, nec æs Dodoneum nugat̃, nec famigerata personat quercus. Consona quoq; cecinit Aurelius Prudentius, in Apotheosi ad hunc modum. Delphica damnatis tacuerunt sortibus antra, Non tripodes cortinna regit, non spumat anhelus Fata Sibyllinis phanaticus edita libris Perdidit insanos mendax Dodona vapores, Mortua iam mutæ lugent oracula Cumæ, Nec responsa refert Libycis in Syrtibus Ammon, Ipsa suis Christum capitolia Romula mærent Principibus lucere deũ, destructaq; templa, Imperio cecidisse ducum, iam purpura supplex Sternitur Aeneadæ rectoris ad atria Christi, Vexillumq; crucis summus dominator adorat. Nec solum hæc & alia quæ narrat, sed & sortes & alia pstigia dæmonũ publica, cessauere, quæ si quando rediuiua sese ostentare voluerunt, mox instar desinentis flammæ extinguebant̃, vbi enim humore deficiente, suffocari & extingui debet lucerna, clarius quodãmodo videtur splendere, statimq; perit, nil nisi fumum, & male olentem lychnum derelinquẽs. Itaq; & sortes, etiam quæ multifarie habebant̃ tempore Cæsaris, præter eas quæ Præneste fuerunt, cessarunt. vnde ille scripsit Philosophus, nusq̃ se fortunatiorem fortunam vidisse q̃ Præneste. hæ ipsæ sub Domitiano florere visæ, paulo post autem interiere, sic & Brachmanũ præstigia, eiusdem principis tempestate resurgere visa, mox penitus extincta sunt, illuc enim vt infra dicturi sumus, Thomas Apostolus perrexit, & vbi lux quam ibi diffudit, culmen arripuit, tenebræ discessere. de alijs quoq; idem euenit. ¶ Cum iam duodena fulmina. id est duodecim Apostoli, qui fulminis instar, sua mũdum prædicatõe perterrefecerunt & illustrarunt, & per diuersas orbis plagas euangelium disseminarunt. Metaphorice autem dictum fulmina, sed vt arbitor, nec a cõsentaneo & proprio id significatu multũ abhorret, si fulmina viuentia & diuino acta spiritu, reputemus, nobis; cum Apostolos quoquomodo dici posse, qui & p fulguribus etiam a Thoma in cõmentarijs Psalmi. xvij. exponunt̃. ¶ Splendẽtis fidei. christianæ fidei rutilantis & illustrissimę. ¶ Vibrasset. monstrasset, commouisset, vibrari dicunt̃ gladij, q vbi stricti fulserunt, pcutientibus radijs coruscare vident̃ & scintilare. Apud Vergiliũ quoq; in. viij. pprie dicunt̃ fulgores vibrari. Namq; improuiso vibratus ab æthere fulgor, fulguribus etiam vt diximus, designari Apostolos scripsit Thomas. ¶ Opacis pectoribus. ĩfidelium, opaca dicunt̃ quæ lucẽ nõ admittunt, vmbræ ac tenebris obnoxia, sic & nox opaca dicit̃ apud Vergi. ¶ Sparsisset. seminasset, fudisset, largitus esset, pbuisset. ¶ Semina. documẽta, hinc apud sacras literas euangelij. semen vbum dei pdicatum intelligit̃, vñ & parabolę de semie ab ipomet Christo edisserunt̃,

Morte triumphata. cũ iam duodena p orbẽ
Fulmina splendentis fidei vibrasset opacis
Pectoribus, verę sparsisset semina lucis.

Marginal notes: Arx. — Vibrari — Opaca.

¶Veræ lucis. diuinæ veritatis a qua maxime distat mendaciū, dæmonis inuentū, ille em̄ mendacij pater, q vt sacræ docēt lr̄æ, mēdax ab initio fuit. ¶Extēplo. cito, statim, actutū, subito, repente. ¶Fremuere dei. ob irā & inuidiā humani gn̄is christianæ legis beneficio saluādi, fremere aūt dicunt̄ hoīes belluaꝝ instar, cū videlicet turbato anhelitu, & stridore dentiū strepūt, sic ꝑ metaphorā dęmones fremuisse dicunt̄. ¶Siluitq̄, & ob eandē causam siluere, imposito illis diuina ỽtute silentio. ¶Furuisq̄ recessit ab antris. namq̄ assistebāt maligni spūs antris, tēplis

Extēplo
Fremere.

Extemplo fremuere dei, siluitq̄ nefastus
Spirituū cantus, furuisq̄ recessit ab antris,
At querulæ voces tacitūq̄ ꝑ auia murmur
Hinc exaudiri passim, mox agmine facto
Templa reliquerūt, & victo ꝓtinus orbe
Terga dederi feri, vacuumq̄ ꝑ aera fusi,
Et victi infernas subito petiere latebras.
Qualis in aerio densatus tramite nymbus

phanis, in qbus rn̄debāt, vbi ỽo voces eoꝝ compssæ christo cōpescēte, recesserūt ex obscuris illis & tenebrosis locis, ex qbꝫ fundebāt oracula. ¶At q̄rulæ voces. Dolebāt dæmones a mūdi principatu depelli. vn̄ apud euāgeliū, dæmonicæ illæ voces ad Christū eijciētē illos a corpibꝫ obsessis, qd mihi & tibi Iesu, venisti an̄ tempus pdere nos, & alia hm̄oi. & in actibus quoq̄ Apl̄oꝝ, cū de apl̄o Pythōis spū possessa fœmina ỽba fœcit, & certe q̊d prius dictū in Psalmo fuerat. Oēs gentiū deos esse dæmonia, hoc est malignos & rebelles spūs, & salutaris Christi aduētus, maxime patefœcit, q̄rebant̄ em̄ oēs expelli vt diximus, & postea pulsi & exclusi tēplis, & sedibꝫ diu possessis, malitiæ suę manifesta indicia p̄buere, quā gētes dissimulauerāt, tametsi ex tēplis & oraculis infanda ip̄is & scelesta suaderēt, & fieri ꝓcurarēt, adulteria quoq̄, cædes & obscęnos pueroꝝ amores ip̄is deis adscriberēt. Fuere tn̄ q oculos etiā cecutiētes qn̄q̄ attollerēt, ut Oenomaus ille q aduersus oracula scripsit, ut Plutarchus, q eos nō deos esse sed dæmones, & malignos qdem asseruit, vt Porphyrius, q ỽitate cogēte mētiri eos ip̄os affirmauit. ¶Hinc exaudiri. ꝓ exaudiebant̄. Verg. in. iiij. hinc exaudiri voces αντιχρονια solœcismus est apud Salustiū frequēs. ¶Tacitūq̄ ꝑ auia murmur. Eiecti namq̄ dæmones, exiliū deplorabāt, mortē quoq̄ lamētabant̄, vn̄ apud Plutarchū vox illa quā nautæ qdam audiuere clamātem magnū Pana mortuū esse, quod vbi renunciassent strepitus & lamēta exaudita sunt, q̄ longa narratōe ab eo authore scribunt̄, & repetunt̄ ab Eusebio. ¶Vacuūq̄ ꝑ aera fusi &c̄. hoc ē exclusi a tēplis. a simulachris, & in caliginosum hūc aera & sedes etiā infernas arctius relegati, q̄ certe Christi victoria, nil infideliū mētibus accidere potuit maioris luminis & adhortamēti, nil & obstinatis Hebræis potuit efficacius cōsulere, ut corda. s. circūciderēt, & sepē obstinatōis euellerēt. Gētes em̄ & si Homerica figmēta cōtēplati, qbus deoꝝ lites, cōtrouersias, victorias enarratas videbāt, Iouis tn̄ arbitrio regi oīa, & maiorē deorum ꝑtem eius stare decretis, autumabāt, mox Iouē suū regno pulsum, & tēplis eiectū viderūt nec Pallada qcq̄ oīno iuuasse Aegida, nec Martē currus & arma. nec Venerē blāditias, nec Iouē fulmia. At q dubio ꝓcul aīaduerterūt, nec Dodoneo, vel Delphico oracl̄o, aut ip̄m Iouē, aut Apollinē p̄scir̄ potuisse suos carceres, & exilia. Christi ỽo acta, nō figmētis, nō papyro mēdaciter delineata, sed p̄ mēte, p̄ sensu, p̄ ip̄is etiā oculis cōspicua fuerūt, qbꝫ oēs dij gētiū sīt debellati sūt. Iudæi q̊q̄ cōsiderātes tot ānoꝝ sęculis Mosaicā legē, nec vnū celebre aut Iouis, aut Apollinis oraculū pepulisse, oīa ỽo Christi aduētu ꝓstrata atq̄ fugata, oīm idoloꝝ cultum dissipatū, resipiscere oīo debuissent. Neq̄ ei aliā ı̄ cām, q̄ ı̄ Christi diuinitatē referre hęc ip̄a, aut pn̄t aut debēt, q̊d late a nobis ōn̄sum, in prīo theorematū nostroꝝ de fide & ordīe credēdi, q̄ ꝓpter ad pn̄s nō rēcēsemꝰ, ne repetamꝰ acta supfluo, sat fuerit signasse locū. ¶Nimbꝫ sturnorū. grex sturnoꝝ. sūt eī sturni gregatiles, Sturni aues, sicut & gracl̄i & ml̄ta alia, nimbꝫ ỽo siṁitudīe ob nigritiā, ob īpetū, ob stridorē alaꝝ. ¶Accipitris. nomē cōe eiꝰ gn̄a. xvi. putauit Plin̄. sed nō singl̄as explicuit ut in aq̄lis effęcit, q̄ꝝ posuit sex gn̄a, q & recēsuit, melænatē. i. nigricantē, quā valeriū a viribus dicūt. Aristot. λαγωφονον. i. leporariū. Secūdū genus dr̄ pigargos. Aristoteles vocauit νεβροφονον, quasi dixeris nebricedū. Tertia vero species morphnos a macula dicta, & cognomēto anataria. Quarta percnoptecus gnesior. Quinta barbara & alięetus, notū genꝰ q̊d explorare filios ad solē, & ab eo & a gręcis nōnullis ꝑdit̄. Sed Lycophrō trior

pan mortuus.

Sturni

Accipitrū spēs.
Aquilaꝝ spēs

cho id aſcribit,quod genus eſt inter accipitres a Plinio poſitũ,aqͥlam tñ appellat etiã in Lyco-
phron πτηνους τριορχας αιτους οφθαλμιας.eſt item triorchos nõ accipitris ſed aqͥlæ
ſpẽs apud Zezem,ſicut & trioriches & corphion & melenætes,aut melas & aliætus & pciros,
Circus. ιερχιων ãt hoc eſt accipitꝝ ſex poſuit ſpẽs Callimachus,inter quos circus eſt,cuiꝰ mẽtio apd'
Homerꝝ,ideoq; Apollinis nũcius vocat,atq; etiã accipiter Apollini ſacer putabat. Meminit &
Circi Plinius inter accipitres,quẽ & claudũ altero pede cõmentus eſt. Cæterꝝ Ariſtophanes in
comœdia,cui titulũ fecit aues
plures,eiuſmodi ſpẽs noĩatim
citauit. Porphirionẽ,pelecãtẽ,
pelecinũ,phlexiũ,tetracẽ,tao-
nem,eleam,baſcam,elaſſam,
herodiũ,cataractem,melãco-
riphõ,ægithalũ,& poſtea alię
tum & vulturẽ,quorꝝ multa
ſilẽt a Plinio. Apud Callima-
chũ ṽo catarectę & baſcę ſub

Sturnorum accipitris celeres p̱ inania pennas
Diffugiens crebris glomerare rotatibus auras
Nititur, in curui præceps formidine roſtri.
Sed quibus imperijs: rigidi quo turbine belli
Diſijcit aerias acies: Stygiamq; cateruam
Deuicto excludit Chriſtus regnator ab orbe:

ægithalꝰ. accipitris gñe ponunt,atq; etiã ægithalus ſic dictus παρα ꝓ εξ αιγος τεθηλακεναι. Ichneu
mon item aqͥlæ ſpẽs Herculi ſacer,vt Aegyptij dicũt,alij Ioui,dictus ſine p̱iculo cedis effuge-
re impetũ aſpidis,de quo Nicãder in theriacis ιχνευμον αλλα μουνος ακηριος ασπιδος
Ichneu- ορμην. Accipitres ãt ĩ p̃i intelligimus,q eo noĩe inſigniter cuius accipiunt,qͥbuſq; vtimur ĩ co
mon turnicibꝰ capiũdis,ij & ſturnos inuadũt,& qñq; culũbas,tametſi eo mõ non ſumpſit accipitrẽ
Verg.cũ dixit. Quã facile accipiter ſaxo ſacer ales ab alto Conſeqͥt pẽnis ſublimẽ in nube co-
Capis lũbam. De falcone apud nos dicto q & capis nũcupat,intellexit,ut notũ ijs oĩbus q aucupan
di p̱itia pollẽt,ex mõ p̃dæ quã innuit. Potuit tñ Horatius de eo intelligere,cũ de victoria Acti
aca cecinit,accipiter velut molles colũbas,q̃q; & ſturni a Capi etiam q & falco dr̃,vexant,& a
Niſo quoq; fugã patiant & cædẽ,tametſi ab eo inſignius petat,& capitalius trucidet alauda,
q̃ & epopa & ſcylla,& galerita & caſſita,& ciris nũcupat a Græcis dictę κορυδαλοι. Itaq; quo
quo pacto ſumat accipiter,poſitę compatõi cõuenire pt̃. ¶Per inania. Inane,p aere capit,q̃q;
Inane. reuera nõ eſt inane. obtinuit ãt poetarꝝ vſus,ut aerẽ inane noĩarent,nec forte oĩno abhorruit
a vero,ſi cõp̱atõe id dũtaxat,nõ aũt abſolute,p̱tulerint,ut ſupra diximus. Si em̃ terræ & aquę
conferat aer,ſua raritudine videbit inanis. quapropter ſæpenumero Verg. & vacui & inanis
noĩe vſus eſt aeris loco,ut illud. Vacuũ p̱ inane coacta Semina. ut illud item. Neq; in vacuũ
poterũt ſe extendere rami,& alia cõplura. ¶Celeres pẽnas. celeres alas pennis cõſitas. ¶Glome
Glome rare. Inuoluere. glomerare aquas dixit Papin. in primo Achilleidos. Glomerantq; a pectore
rare. fluctus. & Vergi. greſſus in. iij. Georgicorꝝ. Greſſus glomerare ſup̱bos. ¶Crebris rotatibus
circuitibus varijs,comitãte ſtridore ob metum inuadentis. ¶Nitit. conat. ¶Formidine. timo
Roſtrum re,terrore,metu,pauore. ¶Incurui roſtri. adunci & falcati roſtri,roſtꝝ em̃ os auiũ dr̃,Home-
rus αγκυλοχειλην vocauit aqͥlam,nos vncilabiã dicere poſſemus,& Pindarus p̱ quodam
Pythionico hymnũ canẽs aqͥlæ αγκυλοκρατι βλεφαρων. cognomẽ fecit,ob incuruã illã
ſub cilijs roſtri firmitudinẽ atq; duriciẽ. ¶Sed qͥbus. Victoriæ modus narrat,q eo ẽ admira-
bilior,quo illis eſt aduerſus,qͥbus vtunt hoĩes ut victoria potiant,vi eĩ & armis p̃liant,& ad-
uerſarios debellãt. Chriſtus & Apoſtoli vexati,cruciati & mortui vicerũt. ¶Quibus imperijs
Impator qͥbus exercitibꝰ & armis,impatores eĩ exercituũ duces dicebãt,priuſq; Cęſares rerꝝ potirent.
Poſtea ṽo impatoriũ nomẽ regio nomini p̃latũ ẽ. ¶Quo turbine. q̊ impetu,qua vi belli ter-
reſtris & hũani. ¶Diſijcit. fudit,p̱ſtrauit,pepulit,fugauit. ¶Aerias acies. dæmonicas acies. Nõ
eſt inqͥt Apoſtolus,nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem,ſed aduerſus principes
& poteſtates,aduerſus rectores tenebrarum harum,aduerſus ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus
Styx ¶Stygiam cateruam,infernam turbam. ſtyx enim palus inferni dicebatur a gentibus,ex inui
dia aũt tractum nomen,qua & dæmones & eorꝝ ſatellites cruciant. ¶Deuicto excludit. elimi
nauit videlicet & eiecit. ¶Chriſtus regnator. Chriſtus princeps omniũ regum terræ. ¶Ab or
Chriſtus. be deuicto,a terrenis hoĩbus,q̊s ſibi dolis ac fallacijs ſubiugauerãt,& ſeruos habebãt. Chri-
ſtus nomẽ eſt græcũ ab origine,quod hebræorꝝ lingua dicitur. id eſt Meſſiah apud Græcos
χριστος. Apud nos Chriſtus vnctũ ṽo ſignificat,nã vt inqͥt in Pſal. p̱pheta. Vnctus ẽ oleo læti
ciæ p̃ p̱ticibꝰ ſuis,vngebant eĩ apd' Hebręos,& ſacerdotes & reges,& græci veteres χρισθαι.
vngi dicebãt,vñ & eodẽ ṽbo vſus Homerus, Chriſti igit noĩe,regnũ & p̱tãs indicat. idem &

Ieſus noīe vocatˀ ab angelo. Miror aūt cur Chriſti nomē malis dūtaxat dæminibꝫ formidan
dū, græca origīe deductū, grǽco fonte cadēs, nō mō pce detortū (q̄ꝗ̄ id admiſit Horatius) ſed
nihil ꝑrſus īminutū, adeo refugiāt plurimi, ꝗ hūanitatis lr̄as ꝓfitentˀ, q tn̄ in poetis ſæpenume
ro legūt chriſtas, & apud Silliū etiā Chriſtā viri nomē. & apud Philoſtratū in vitis ſophiſtaꝝ
legere pn̄t χρηστόν .i. Chreſtū Byzantiū ſophiſtā. & apud Stephanū vrbē Chreſton. & ne græ-
cos euoluere, aut cura, aut fa-
ſtidiū ſit, apud Latinos idip̄m
inueniēt, vnde & a Lactātio &
Oroſio dictū, ſolitos mľtos ꝑ
īperitiā Chreſtū chriſti loco ꝓ
ferr̄. ¶ Nō illi rauco, neq; ei eis
& Chriſtus & ſectatores Apľi
in debellādis hoſtibꝫ vſi ſunt,

Non illi rauco ſtrepuerūt claſſica cantu,
Peruigil aut turmas quadrū ſiſtebat in agmē,
Aut alæ celeres equitum, cuneiq; biformes,
Aut inſtructa phalanx hoſtiles terruit vmbras.

ꝗbus ſolēt victoriæ compari. ¶ Claſſica, tubæ ad excitādos milites ad bellū ꝓpria claſſibus,
vn̄ & nomē accepe, q̄ꝗ̄ & terreſtri exercitui ſunt in vſu, & videantˀ inſigne imperij, ea impa- Claſſica
tore ꝓ̄ſente & cū in militē capitalˀr aīaduertebatˀ, canebāt, auctore Vegetio. Notū āt tibi ex Ser
uio, claſſem & de vna & de pluribus dici nauibꝫ, dictā ꝟo claſſem, vel ꝙ de fuſtibꝫ, q̊s antiq̄ Claſſis
dicebāt calas, vn̄ & calones nūcupati, vel ꝙ eq̄tes ſtipendiū dabant in nauali certamine, & pro
prie claſſes eq̄tum dicebantˀ, authore Seruio, q̊d tn̄ male libēter recipitˀ a doctis, utcunq; fuerit,
claſſica illi nō. ¶ Strepuerūt. crepuerūt, ſonitū, vocēve emiſerūt. ¶ Rauco cātu. cantu horrido,
& hoſtibꝫ terrorē incutiēte. ¶ Peruigil aut. neq; ei in faciēdis ordinibus, & ſtruēdis aciebus inui
gilabat, ꝑuigil ꝑnoctans, inſomnē noctē ꝑducēs, vt ij ꝗbus incūbit cura caſtrenſiū vigiliaꝝ,
ut impatores exercitus, ꝗ quarta ſaltē vigilia ad faciēdos ordines, ſi vel bellandū vel deducen
da ſunt caſtra, ſe debēt accigere. tū em̄ Galli q̊s (ut inq̄t Plin̄.) excitādis mortalibus, rūpēdoq;
ſomno natura genuit, quarta caſtrēſi vigilia ad curas, laborēq; reuocāt, diuidebatˀ aūt nox in
quattuor vigilias, vt diuus Hierony. explicuit. ¶ Siſtebat, firmabat turmas eq̄tū. Horatiꝰ eq̄
tum turmas dixit, peditūq; cateruas. dictæ aūt turmæ quaſi terinæ, auctore Euriatio, ꝙ terde- Turmæ
ni eq̄tes ex tribus tribubus legebantˀ. ¶ In quadꝝ. erāt em̄ acies quadratæ nō peditum mō, ſed
eq̄tum, vti colligit Aelianus, decernēs veteꝝ dogmatis, equitū acies aut q̄dratas, aut ꝑte alte-
ra longiores eſſe, aut rhombi, cuneiq; ſpēm gerere debere. ¶ Aut alæ. alę eq̄tum ſunt, ꝗbus da
batˀ ꝓ̄fectus, tribus em̄ res militaris diſtinguebatˀ, eq̄te, pedite, claſſe. Equitū ꝟo alij nectebantˀ le
gionibus, & ꝓpterea legionarij vocabantˀ, ut ſcribit Flauius Vegetius. alares alij q̄m inſtar ala Alæ.
rum acies vtraq; parte protegerent. Sic & Seruius alas equites dictos voluit, quoniam eis ala Legiōarij
rum vice pedites tegerentˀ. hinc illud Verg. Dum trepidāt alæ. Romani tn̄ pedite magis vtebā Alares.
tur, oriētales reges eq̄tatu. idq; eo arbitror euenisse, q̄m ordo maxime ſeruabatˀ a Romanis,
cuius diſciplina peditatus robur obtinet, ſine ea ꝑrſus inutilis, idq; fuiſſe in cauſa ſcribit Ariſto
teles in politicis, cur antiq̄tus belli robur in eq̄tatibus cōſtituerētˀ. ¶ Celeres, promptæ & expe-
ditæ, utpote eq̄tum leuis armaturæ, ſed & olim celeres eq̄tes anteambulones dicebantˀ a Ro- Anteambulones.
mulo inſtituti. ¶ Cuneiq; biformes. cunei acies ad cunei ſimilitudinē fortiſſime, & agmine quā Cunei
dro efficaciores creditæ, ꝗbus vſi Thraces, Scythæ, Macedones, Aeliano authore. ¶ Aut in- Phalanx.
ſtructa phalanx. Phalanx legio eſt Macedonum & Græcorum lingua, & eſt alluſio ad illud
Vergilij. iam argiua phalanx. Eſt autem vt Vegetius voluit phalanx Macedonum, Græcoꝝ
& Dardanoꝝ, & vnaquæq; illarum octo milibus armatorum cenſebatˀ, ijſq; ita illi vti ſole-
bant, quemadmodū legionibus Romani, cateruis Galli, atq; Celtiberi conſueuerūt, ſtabile pe
ditum Macedonum agmen vocatur phalanx apud Curtiū, in qua inquit vir viro, arma ar-
mis conſerta ſunt, ad nutum mouentis intenti, ſed de his apud Aelianum plura. ¶ Terruit. ꝑ
terrefœcit, in timorem vertit. ¶ Hoſtiles vmbras, dæmones. Dicuntˀ autem vmbræ & dæmo
nes & animæ exutæ corporibus præda dęmonū factæ, quoniam cum apparent ſenſu tactus Vmbræ.
non reſiſtūt vt corpora, ſed vmbræ videntur, quæ oculis tantum, non autem manibus cō-
ſtant. Vergilius in ſexto, & fruſtra ferro diuerberet vmbras, de qua re alio loco. Spiritus dici Spūs
in noſtra religone conſtat ſubſtantias ſine corpore, quæ mortalibus ſe videndas præbent,
vnde & Chriſtus ſaluator cū poſt reſurrectiōem corpus ſuum præbuit Apoſtolis videndū
atq; palpandum, inquit, palpate & videte quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me vi
detis habere, vt in euangelio ſcriptum eſt. Ambigebant enim illi phantaſma eſſe, id eſt vi
ſionem, apparentiamve, & quam Romani dixiſſent vmbram,

¶Spectarent.viderent,intuerent,cernerēt,contemplarent̄.¶Pueros.tenerā ætatem infantiū,
& puerorꝝ q̄ ad tribunalia,deinde ad cædes raptabant̄.¶Fundere.ſuperare,deuincere cōſtan
ti fidei confeſſione.¶Bellaces turmas.militū cateruas,qui ad capiendos,torquendos,occidē
dos eos mittebant̄.¶Semenq; aliis hauſtum eſſe cruorem,videnteſq; chriſtianorꝝ numerꝝ
eo magis creſcere quo magis rareſcere deberet.id eſt in cædibus homines multiplicari,vti p
generatōem fit,ac ſi fuſus eorum ſanguis ſeminis inſtar ꝓpagandi & inſtaurandi vim,pote
ſtatēq; obtineret,vt olim gen
tibus in Apologetico florens
Tertulianus exprobrauit,in
gens ſemen ſanguis eſt chriſti
anorū,qua de re etiam ī Stau
roſticho,dum cædibus chri
ſtianorꝝ adauctum numerū
demiraremur,miratāſq; gen

> Spectarent ſemēq; aliis hauſtū eſſe cruorem
> Victori Chriſto ſtatuūt ſublime trophæum
> At crucis ligno Auſonios ſummittere faſces,
> Et clauis Latiam iuuat inclinare ſecurim.

tes aduerteremus,cecinimus.Mirari attoniti ſophiæ de plebe magiſtri,Mirari & vulgus cœ
pit cum creſceret ardor Inſolitus,numerūq; magis quo ſæuior ira Redderet innumerꝝ torme
tis parcita cædes.¶Victori Chriſto.expulſori dæmonū & idolorum:eius enim virtute & po
teſtate Apoſtoli quaſi duces exercitus ſpiritalis & legati operabantur.¶Statuunt ſublime tro
trophæū phæum apud antiquos erigebant̄ iis qui hoſtes in fugam vertiſſent παρα ꝓ τρεπω,quod
Triūph⁹ eſt verto.Triumphus vero illis qui hoſtium ad minus quādoq; milia cecidiſſent.Conſonat
igitur trophæum Chriſto,qui fugauit dæmones,& eorꝝ templa & ſimulachra ſubuertit,vn
de & Sedulius,proprii donans fulgore trophæi.Et ante illum Egnatius ad Philippenſes ſcri
bit.Dæmonem interitū ſibi cognoſcere ex confeſſione crucis.hoc em̄ inquit tropheum eſt cō
tra eius virtutem,quod videns expaueſcit,& audiens timet.Conuenit & triumphus etiam ob
eximiam gloriam,quoniam & mors occiſa,& innumera vitia ad internitiem cæſa.Hierony
mus etiam in ſermone de reſurrectōe dominica,triumphū Chriſto tribuit.Rex inquit noſter
hodie de inferis triumphator & laureatus exiuit.Aduertēdum tamen ſcribi debere iuxta verā
etymologiā,tropæum ſine aſpiratōe ratione originis iam poſitæ,quoniā verſi fuiſſent ho
ſtes in fugam,antiquitus aūt ut enarrator Ariſtophanis prodit,murum aut ingentē lapidem
conſtituebant,in quo ſcribebant̄ ea quæ victores aduerſum hoſtes egiſſent.¶Atq; crucis lig
no.Priſci illi ſuſcepta fide,Chriſtum vt par eſt,arbitrantes deum eſſe,debita veneratōe,pſecu
ti ſunt,& crucem ipſius humanæ inſtauratōis inſtrumentū,ſuis omnibus inſignibus ptulere,
vti ſalutare ſignum extollentes,quod & Conſtantinus imperator & ſibi,& exercitui,ſuperne
monitus impreſſit,anteq; victoria contra Maxentiū potiretur.Labarumq; in Chriſti crucem
cōmutauit,de quo ſigno & Caſſiodorus & Ruffinus meminere,atq; Aurelius Prudentius cō
tra Symmachū tali carmine.Chriſtus purpureū ſignati textus in auro Signabat labarꝝ.q̄d āt
Labarꝝ. ſit labarꝝ,nō temere fortaſſe repies,pterq; apud vnū Sozomenē in hiſtoria.bellicū em̄ ſignū
ꝓdit inter alia pcioſiſſimū,quod & pcedere impatores,& a militib⁹ adorari ſolebat.mox cō
mutatū a Cōſtātino in ſignū crucis fuiſſe,ut in collectaneis Lilii Græegorii noſtri copioſius le
Faſces ges.¶Submittere faſces.pferebant̄ Romanis Cōſulibus ſecures & v̄garꝝ q̄q; faſces ab ipis p
pe incunabilis,Romæ.xii.erāt in vſu,auctore Liuio.fiebāt aūt poſt ex arbore betula,cādoris
eximii & tenuitatis,auctore Plin̄.&.xii.Cōſulib⁹ pferebant̄.Procōſulib⁹ v̄o ſex dūtaxat faſci
Lictores. bus vti mos erat,vt ꝓdidit Vlpianus.Ferebant̄ āt faſces alligati ſecuribus a lictorib⁹,ita a ligā
do appellatis,ut Gellius & alii voluere,q̄uis a licio trāſuerſo,quo magiſtratuū miniſtri cincti
erant,voluerit Tyro Tullius,& q̄uis alii aliter opinati ſint.id aūt fiebat ut illigati ſecurib⁹ gere
rent̄ faſces.qm̄ ut Plutarchus in ꝓblematibus expoſuit,ſignū habebat̄ iracūdiæ cohibēdæ in
magiſtratibus,ex mora & tarditate diſſoluendi.faſcibus em̄ animaduertere poterant in eos q̄
deliquiſſent,culpa minime capitali,ſecurib⁹ aūt crimina plectere capitis rea.illi aūt lignei erāt,
ſecures ferreæ,quare diximus crucis ligno,ligneos v̄garꝝ faſces ſuppoſitos,clauis v̄o ferreis
q̄bus membra ligno ſuffixa ſunt,ferreas quoq; ſecures inclinatas,& tropus metaphora ē cū
emphaſi.¶Auſonios.Auſones dicti ſunt Itali ab Auſone Vliſſis & Circes,vel ut aliq̄ volūt
Auſones Calypſus & Atlantis,ſiue vt nōnulli Leutariæ & Itali filius,Primus hic apud nōnullos in ora
Romana imperiū tenuit,ab eo quoq; Auſoniæ deductū nomē volūt,idq; a Ligurib⁹ aduſq;
Arunci Leucopetre ꝓmōtoriū extēdi,qđ & meminit Euſtathius.Arūcos āt ꝓprie Auſones eē nōnulli
putarūt,& Cocian⁹ Diō,Auſoniā tm̄mō Arūcorꝝ terrā dici voluit Cāpanis ꝓximā,& adiacētē

mari multi ad Latiū vsq; extēdere, plurimi eo ipo noīe Italiā cōphēdi vniuersam maluerūt, & Græcos etiam Ausonū nomine sua tempestate cōphensos Zezes narrat. ꝙ aūt Ausonia maioris esset ambitus q̄ Latium, declarare videt̄ eo carmine Verg. Multi illam magno ex Latio totaq; petebant Ausonia. Aristot. in. vij. Politicoꝝ. Ausonios dici scribit eos q prius Opici vocabant̄ ad Tyrrheniā v̄si. Opici aūt ut Eudoxus apud Stephanū voluit linguas miscue re, q & Ophici a serpētibus dicti. Strabo idipm fere qd̄ Aristo. dixerat, retulit, alia pleraq; subdēs & Polybium cōfutans, ut apud eūdem videre potes li. v. Opici. Ophici.

Sic postq̄ vario demens ꝓblemate lusit
Turba deum cultrix, postq; rude vincere cultū
Eloquij genus aspexit, cōuertit in almæ
Obsequium fidei linguā Christoq; dicauit.
Qđ genus hoc pugnæ? q̄ nā hæc victoria cœli
Regnator? lethum letho contūdis inermi.
Armatæ pereūt acies infante, superbus
Eloquij cultor ꝓsternit̄. omnia calcat,
Omnia dispellit, spretoq; triūphat in orbe,
Quē trahis afflatu supero & ꝓfundis amore

¶Sic postquā vario. sic & mūdi sapiētia vbi se victā cōperit p̄dicatōis stulticia, placuit em̄ deo ut inqt Apl̄us, per stulticiā p̄dicatōis saluos facere credētes, dedit man⁹, vt prius dederat mūdi potētiam numerosa cæde fatigata & victa ¶Vario ꝓblemate. varijs q̄stionibus, ꝓpositis & iactatis. ¶Lusit. in derisum iocata est. ¶Turba deum cultrix. multitudo eorum qui dijs gētium sacra faciebant, posset autem cultor turba dici ut victor, sed cultrix potior, sic & Virg. in. iij. Aene. Hinc mater cultrix Cybele. ¶Postq; rude. postquā multitudo eoꝝ qui operā eloquentiæ nauabant. ¶Aspexit. vidit. ¶Rude genus eloquij. apro rū. s. iaffectate loquētiū pueroꝝ & mulieꝝ, qui literas penit⁹ ignorabāt. ¶Vincere. supare cultum exornatum, figuris comptum, verbisq; selectum. ¶Conuertit. posthabito sæculari fastu. ¶Linguam, dicendi facultatem. ¶In obsequium fidei, ad fidem tuendā, & errores eliminandos. ¶Christoq; dicauit, in Christi gloriā consecrauit, vti magnus ille Areopagita Dionysi⁹, Aristides, Athenagoras, Iustinus, Cyprianus, Victorinus, alijq; in vtraq; lingua doctissimi, et studijs sapientiæ celebres. ¶Quod genus hoc pugnę. ad exaggerandā admiratōem hoc dicit̄, qm̄ ijs omnibus vicit Christus quibus alij vincerent̄, ut nō humana industria aut vis, sed diuina potestas & sapientia reluceat. quod igit̄ genus pugnæ contrariū. s. ijs q victoriam aut cōsequunt̄, aut sperant, quæ nam hęc victoria. s. ut cæsi de hostibus triumphent, torti p̄stent tortoribus. ¶Cœli regnator. Christe rex regum & dominantium dominus, ac princeps omniū regum terræ. ¶Lethum. mortem, lethum mors dicitur. ¶Letho morte, per antiphrasim, vel quoniam rę sit minime læta, vel ἀπὸ τῆς λήθης, eo ꝙ ipsa omnia dentur obliuioni, vel a λύω quod est soluo, nam ab anima corpus morte dissoluitur, idipsumq; postea in elementa resoluitur, ut mittam tritam theologis quęstionem. Vtrum resolutio ipsa primo in primā perueniat materiam, an per gradus, neq; em̄ hoc loco discutienda. ¶Contundis. vincis, superas, aboles, eliminas, exterminas, morte. s. tua ęternā mortem, & tuoꝝ morte corporea a peccato quod est mors animæ, populum fidelem vindicans. ¶Inermi. ex armato nudo, imbelli ¶Armatæ acies. ¶Militum tyrannis seruientium. ¶Pereunt, flaccent, franguntur, a persecutione desistunt, patientia victæ, & constanti confessione debellatæ. ¶Infante. puero ad eloquēdum minus idoneo, nam a puero qui impotens fandi, superbus eloquij, cultor, sophista garrulus, & poeta vanus, & orator tumidus, inflatior vtre. ¶Prosternitur. debellatur, atterit̄, quēadmodum olim factum Niceæ proditur a simplici quodam & sancto episcopo, de quo alias a nobis, & quemadmodum item ab Athanasio narratur, Aegyptios quosdam ab Antonio superatos, & sicuti a Catharina virgine deuictos oratores memoriæ proditū est, & mille id genus sparsa in Christianis codicibus. neq; em̄ id mirum. q̄nquidem ¶Omnia calcat. atterit, omnia præstat omnibus. ¶Omnia dispellit. fugat, eliminat virtuti. s. & vero dei cultui cōtraria. ¶Spretoq; triumphat in orbe. eoq; magis vincit, quo minus æstimat, & sancta quadā ambitione contemnit iuxta illud, Quicqd calcauerit pes tuus tuum erit. is inq; ille. ¶Quem. trahis Christe. ¶Afflatu supero. inspiratōe superna. ¶Et perfundis amore. accendis caritate. ¶Cœlestis patriæ. qua videlicet cœlestis suspiratur patria, ut nostra tibi mens coniungatur, & Læthum

amore copuletur sempiterno. ¶Dudum quæ clausa. olim autem patria illa cœlestis clausa erat Adami peccato. ¶Nunc aũt scilicet post tuum Christe aduentũ, post tuum sacratũ sanguinẽ, pro nobis in ara crucis effusum adaperta est. ¶Portis patentibus. portis cæli, metaphora est, nec abhorrens a vero, quoniã & claues cœloꝝ dictæ sunt, iuxta illud Christi ad Petrum, tibi dabo claues regni cœloꝝ, clauibus autem ad referandas portas opus est. ¶Referata. adaperta

Re re quippe particulã, ꝓprium cui adiacet verbi significatũ sæpe commutat. ¶Omnes, fideles videlicet, nec obnoxios crimi nibus, inuitat. ¶Admittit, reci pit. ¶Sed poteras rex clemen tissime. maior dei bõitas, ma ior clementia coruscat, quan doquidem paruo poterat hu manum genus ab interitu li berare, magno tamẽ id emp tum maluit, hoc est sanguine ꝓciosissimo. siquidem poterat ¶Nullo sanguine. poterat si ne tormentis & cæde. ¶Pro

Propulsabo. pulsauisse. repulisse, ꝓpulsabo em̃ (ut inquit Donatus) elegã ter dicitur pro eo quod est re pellam. repulisse igitur eiecisse contudisse, profligasse, non modo mundi huius sapiẽtes

Cælestis patriæ dudum q̃ clausa, sacrato
Sanguine nunc portis referata patẽtibus, om̃es
Inuitat, superamq; lubens admittit in arcem.
Sed poteras, poteras rex clementissime nullo
Sanguine tartareas ꝓpulsauisse phalanges,
Romulidisq; graues insertauisse catenas,
Et mũdum traxisse tibi iam sub iuga missum
Suauia, diruptis tenebrosi nexibus orci
Verum diuini plura hinc præconia cultus,
Pluraq; mortales animi documẽta sequũtur.
Namq; triũphales qs iam cõscendere currus

inflatos, non modo excitos furore principes, sed. ¶Tartareas phalanges. spiritalia videlicet nequitiæ, vt inquit Apostolis. poterat em̃ Christus si voluisset dæmones pellere minore im pendio, poterat solo iussu fugere, maluit tamen sanguine penitus innocuo, ab orbe illos de triũphato deijcere, poterat ꝓpulsauisse similis constructio apud Vergiliũ. quã qdam non reci piunt, vt ꝑfecto ꝑterito plusq̃ perfectum iungi possit, idq; ita interꝑtantur. Namq; sub Oeba liæ memini me turribus altis Corycium vidisse senem, vt ꝑsentis non ꝑteriti sit temporis me mini. sed em̃ legit̃ apud Propertium, cuius si tam rectus animus q̃ lingua, melius actum esset

Propertius cũ iuuenibus literarum cupidis. legitur inq̃. Non potuit saxo vitam posuisse Cerauno. si em̃ illi de perfecto id tempore licuit, nulla nobis controuersia de imꝑfecto licuerit, cui maior cũ ꝑsenti affinitas, q̃ cum ꝑterito ꝑfecto. ¶Romulidis. Romanis a conditore vrbis Romulo. ¶Insertauisse. iniecisse, innexuisse. ¶Graues. potentes & ita rebellibus rigidas, vt pijs & man suetis, mites & suaues. ¶Cathenas, ligamenta & compedes legis, q iugi nomine in sacris literis nominant̃. ¶Et mũdum. terraꝝ orbem, vanis & terrenis illecebris prius deditũ. ¶Traxisse ti bi. ad te colendũ, ad tuam suscipiendã & seruandã legem. ¶Iam subiuga missum. quod nunc scilicet factũ est, qm̃ ex omnibus orbis partibus, plurimæ natões christianæ legis iugo subdũ tur. ¶Diruptis. spretis, eliminatis, fractis. ¶Nexibus. legibus nectentibus, ob ritus obscænos, nepharios. ¶Orci. dæmonis, ab Orco em̃ rege Molossoꝝ deriuata in dæmonis principẽ ap

Orcus pellatio, q̃q̃ & græca origine a iuramento possit deduci. ¶Tenebrosi. obscuri, & luce carẽtis, q̃ em̃ sunt in inferis, luce indiga sunt. quapropter in euangelio, frequens tenebraꝝ exterioꝝ mentio. ¶Suauia. non aspera & importabilia, iuxta illud Saluatoris in euangelio. Iugum em̃ meum suaue est, & onus meum leue. ¶Verum diuini. monstrat̃ non sine causa Christum, q̃ q̃ paruo potuerit, magno tamen humanũ genus emptũ voluisse, nam plura diuinæ laudis ꝑ conia, plura humanæ stirpis emolumenta hinc enascunt̃, verꝝ sed ¶Hic. ex hoc precio tam in genti atq; profuso. ¶Plura præconia. multæ & maiores omnino laudes euenere, q̃ si cessatũ ab hoc munere fuisset. laudes inq̃ diuini ¶Cultus. qbus videlicet ꝑconijs & laudibus, ad ser uandum & ꝓuehendum diuinum cultũ, homines excitantur. ¶Pluraq; mortales, & maiora etiam multo hinc commoda mortalibus obtingunt. ¶Documenta animi, excitatões ad in stituendum ꝟtutibus animum. ¶Sequunt̃. comitant̃ hæc diuina munera & ab illis pendent. ¶Namq; triumphales. ꝓbatur exemplo triumphi Romanoꝝ, qui ob excellentiã nominis & gestarum rerum gloria desumptus est. Ii em̃ triumpho non decorabant eos qui hostes nõ vicissent, & tantum abest ut argumenti modus a sacris literis abhorreat, ut nullus consonet

magis.ſcribit enim Apoſtolus.Neq; enim coronabit̃ niſi qui legitime certauerit.Et alibi.omnes q̃dem currunt,ſed vnus accipit brauium.¶Currus triumphandi.more victoribus conſtitutos.¶Et celebres coronas.ex lauro quæ victoribus debebant̃,quas poſtea ad pedes Capitolini Iouis deponebant,aliæ quoq; coronæ argenteæ,aureæ,quernæ,dabant̃ ſeruatori ciuium,muro℞ conſcenſori alĳs.corona enim victoribus certaminũ antiquitus cõſtituta,nec Romanis modo,ſed exteris.namq; in Olympicis lucis,in Iſthmiacis agonibus,in Nemeæ &

Coronæ

Audeat,& celebres capiti impoſuiſſe coronas?
Ni prius aduerſos victor pſregerit hoſtes.
Non iaculo nõ enſe truci victoria nobis
Parta,ſed ardentis ſidei conſtantia vicit,
Spes vicit,pietaſq; calens,q̃ mẽbra tyrannis
Dilanianda dedit,terrenos ignibus ignes,
Extinxit ſuperis,& mortẽ morte reuinxit.
Hinc ſurgit cælſi ſemp laudanda tonantis
Præcellens bonitas,hinc & ſapiẽtia ſurgit
Humano maior captu,nam ſumma poteſtas

Pythiæ certaminibus,qui viciſſent coronabant̃ pinu,oleaſtro,pomis,apio,aliubi ſicco,aliubi viridi,& in Eleuſina etiam ordeaceis ſpicis.Megaris quoq; & Athenis & Thebis id præmĳ victoribus teſtimonium v̄tutis erat,quin & Apoſtolus Paulus prælio℞,quæ pro Chriſto confecerat,coronã expectabat,nõ quernam aut oleaginã,aut lemniſcatam,ſed iuſticiæ virtute fulgentem.De cætero inquit,Repoſita eſt mihi corona iuſticię quam in illa die dabit mihi deus,iuſtus iudex,nõ ſolũ autẽ mihi,ſed & oĩbus ĳs q̃ diligũt aduentũ eius.Bonũ eñ ut ip̃e inq̃t,certamẽ certauerat,curſum cõſumauerat.nõ illũ q̃dem curſum de q̃ Pindarus in Olympico p̃ Ierone hymno δωδεκα γναπτου περι τερμα δρομου.aut ex eo℞ numero q̃ in Pythio p̃ Archeſila ποδαρκεων δυωδεκα δρομων concinunt̃,nec ut ait Calimachus δωδεκακις επι διφρον cucurrerat,ſed indeſidẽter aduerſus carnẽ,mũdum & dæmonẽ bellauerat,q̃ videbat aliã legẽ in mẽbris ſuis repugnãtẽ legi mẽtis,q̃ nõ aduerſus tm̃ carnẽ & ſanguinẽ,ſed aduerſus ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus p̃liauerat,q̃ aduerſus reges & p̃ſides & mũdi poteſtatẽ & gloriã,crucis ſapientiã q̃ ſtulticia putabat̃,p̃dicauerat.quare bñ actæ vitæ,& triũphato℞ hoſtiũ coronã expectabat.¶Ni prius aduerſos,nã nõ tribuunt̃ coronæ niſi victorib9.¶Nõ iaculo nõ enſe truci.cuiuſmodi aũt victoria hæc fuerit,declarat̃ nõ enſe videlicet aut iaculo parta,hoc eſt vi terrena & exercitu compata.¶Ted ardẽtis fidei.fide nõ armis.¶Cõſtãtia vicit.qua nulla maior,vtpote q̃ nec minæ,nec blãditiæ,aut frãgere aut emollire potuerint,iuxta illud Ap̃li.Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti,pſecutio,an gladius?& q̃ ſequũt̃.¶Spes vicit,cõſtãtia vicit,ſpes vicit,anaphora eſt,& ſupra multæ poſitæ,multæ infra,& ſingulæ nõ notant̃,qm̃ ſatis notæ,ſpes inq̃ ſcãdẽdi cęlũ.¶Pietaſq; calẽs,v̄a in deũ religio,& crebris excitata & calfacta officĳs,quã ne corrũperẽt ſacrificãdo idolis,gentiũ tormẽta & cædes pati maluerũt.¶Et mẽbra,p̃prios artus.
¶Tyrãnis,principib9 tyrãnidẽ exercẽtib9.& ei inter tyrãnũ & regẽ hoc itereſſe diximus,q hic ad eo℞ q̃ ſubſunt cõmodũ,ille ad p̃priã dũtaxat vtilitatẽ principat̃.¶Dedit.libẽter p̃buit.

Tyrãnus
Princeps

¶Dilanianda.lacerãda,diſcrutiãda.¶Terrenos ignes.vrẽtes,vel ad vrẽda corpa pyris extructis p̃paratos.¶Superis ignib9.caloribus amoris ſupne demiſſi,& p pectus & mẽbra diffuſi.¶Extinxit.repulit,vim cõburẽdi ſopiuit,cõtempſit,ut Laurẽtio,Tiburtio,alĳs,q̃ videbant̃ læto aĩo incẽdia ſuſtinere,& q̃nq; diuino miraculo deſup extinctis,ut Polycarpo accidiſſe,Eccl'iaſtica narrat hiſtoria.¶Et mortẽ morte reuinxit.& diuĩa charitate mortis met9.& plurimi cruciatus ſupati.¶Hic ſurgit.epilogo multa colligũt̃,& tãq; antithetis,hoc ẽ cõtrarĳs q̃buſdã,res auget̃,vel aucta poti9 ex mirãdis reb9 oñdit̃.Ex eis ei q̃ ſupra narrata ſunt,dei bonitatẽ copioſius diffuſã cognoſcim9,ex collatis in humanũ genus bñficĳs p̃cellẽtibus,& dei q̃q; ſapia clariſſime lucet,cũ ĳs vſus ſit in debellãdis dæmonib9,in vitĳs eliminãdis,q̃ deſpecta & humillima oĩm viderent̃.quare.¶Bonitas hæc ſemper laudanda,nunq; ſatis laudata,digna vero ſempiterna laude.¶Et ſapientia hũano maior captu.ſupra hominis cogitatũ videtur,vtpote cælſa & præcellens,adeo vt ad eam dep̃hendendam humanæ oculus mentis caliget.¶Nam ſumma poteſtas.Siquidem ipſe deus,cuius poteſtas ſumma eſt,immo ipſemet infinita poteſtas eſt,cui mille modi non deerant redimendi generis humani.

¶Pauperie tumidos.pauperie dites,humilitate superbos,erumnis vero delicijs affluentes,& molles imbellibus armatos,demũ contrarijs cõtraria,virtutibus vitia deuicit,sed prae omnibus Christi operibus id admodũ fulsit,ꝙ humilitas summa summae potestatis munia videt̃ executa,si em̃ vi,armis,potentia mundũ sibi Christus subegisset,non mirꝝ certe videri potuisset,quandoq̃dem potestatẽ deo ꝓpriam pene omnes ab antiquitate crediderũt,humilitatem vero deum prae se ferre,humilitate pugnare & vincere,id humanae rationis captum exuperare videtur,hoc aũt veluti hasta,vsus ille toto ꝑlio est aduersus hostem,quod animaduertẽs Leo scribit.Tota ĩquit victoria saluatoris qua & diabolum superauit & mundũ humilitate,est concepta humilitate,est confecta pauperie,itaq̃ Apostolorum tumidos. ¶Auaros.saeculi principes et tyrannos,& orbis summates diuitijs & vi humana fretos. ¶Deuicit.ostẽdens multo eẽe foeliciores q̃ illa calcassent spe coelestis regni consequẽdi,& pariter qui delitijs posthabitis atq̃ contemptis,asserendae veritatis studio,mortem oppetissent

Pauperie tumidos humili deuicit auaros,
Et nece florentis vitae detrusit amoenas
Delicias,fragili sexu disiecit atroces
Stipatos cuneis,stipatos fraudẽ tyrannos.
Nec seruis mandasse sat est,prior ipse subisti
Aerumnas,miserae subijsti incõmoda vitae
Sponte tua princeps,magno ꝑculsus amore
Sponte tua princeps.non toruo Martis adactus
Sydere,torpentis Saturni aut ꝑcitus astro.
Tu nostrae primũ nactus consortia carnis,

¶Et nece delicias vitae.spernerent,dum maxime alacris adulescentia & iuuentus viuida florerent. ¶Fragili sexu.nec solũ id mares aut strenui milites bellis & vulneribus assueti,sed imbellis maxime sexus puerorꝝ & foeminarꝝ fragilis atq̃ tenerrimus id procuraret,quando iras & minas frangerent tyrannorꝝ,mira tolerantia vulnerum & caedis,in quibus laetiores erant,& secure magis,q̃ illi ipsi innumeris freti dolis & astu,q̃ copijs & instructis aciebus cõfisi. ¶Nec seruis.sed nequis voluisse hoc deum assumpta carne diceret a seruis ꝑpetrari,ut delitijs ipẽ vacaret vitae ꝑsentis,& huius saeculi diuitijs & potentia frueret̃,adiecimus quod verissimum est,prius ab eo haec patrata,qui primum,vt inquit Lucas in actibus Apostolorꝝ,coepit facere & docere.Id enim foecit quod faciendũ familiares Apostolos & sectatores edocuit,quare nec seruis sat fuit mandasse. ¶Prior.tu Christe subisti. ¶Erumnas.labores,calamitates. ¶Miserę vitae.humanae videlicet plene varijs incommodis.nam vt Iob inquit,Homo natus de muliere.breui viuens tempore,repletus multis miserijs. ¶Subijsti.anaphora vt vehementius res ingerat̃,& commoueat̃ affectus. ¶Sponte tua princeps.ꝓpria volũtate. ¶Magno ꝑculsus amore.gratia redimendi generis humani,idq̃ sola bonitate,solo amore nostrę salutis.Sponte tua

Anadiplosis. princeps,Anadiplosis,qua refellunt̃ eae causae,quae ab hostibus nostrae religionis possent afferri,qui enim astrologicae vanitati cupidius incumbũt,Martem & Saturnũ in causa fuisse cõtenderent.putãt em̃ eorꝝ stellas infoelices & auctrices miseriae & calamitatis,maximeq̃ in locis infaustis positas aut infoelicibus,alijs syderibꝫ aspectu copulatas.Hoc obiter nũc reijcimus in ꝓgressu latius reiecturi,trifariam quippe oportunis locis astrologica vanitas irridebit̃,quę

Astrologię uanitas a Pico Patruo duodecim libris,a me vno,q̃ q̃ntũ in ope de rerꝝ ꝑnotõe locum tenet,longo subsellio cõfutata est.q̃q̃ non deest supstitõis cupidioribus occasio garriẽdi,sed poterant perituræ parcere carthae.nam q̃ postea sunt allata,aut nil defendũt q̃d ꝓponũt in titulo,nec per se ad astrologiam ꝑtinẽt nisi de lõginquo,aut exauctoratis nitunt̃ auctoribus,aut ridicula spargunt v̄bis dericulis,aut quae iam confutata sunt,sine vlla responsione repetũt,aut manifeste nugant̃.Haec pauca sint ꝓ exemplo.In prima facie dialogi cuiusdã,non a ꝓprio auctore nuꝑ editi,monstrat̃ ab eo ignorari,q̃d sit diuinatrix astrologia,quam in primo certitudinis gradu esse cõminiscit̃,& facile primã omniũ naturaliũ spargit.illa em̃ q̃ suppositis q̃busdam pricipijs demonstratões affert,de motibus & molibus syderꝝ,orbiumq̃ decernit,non de particularibus q̃ ad homines ꝑtinent,affectibus ariolat̃,differtq̃ haec ab illa,ut a veritate mendacium,a tenebris lux,quemadmodũ aduersus Bonatũ Patruus ostendit.& ꝑterea si quicq̃ illa esset,non inter disciplinas naturales,sed inter mathematicas,vel mixtas esset adnumeranda. Adde ꝙ a Ptolemaeo principe diuinatricis astrologiae dissentit,apud quem nõ scientia est vana haec ars,sed cõiectura,eaq̃ q̃cq̃ particulare ꝓnunciari non posse confirmauit.id em̃ mu

heris eis eſſe ꝓprium fateť,q ſunt numine afflati.Præter id quoq; eo in libro afferť ſtellas ali‐quid ſignificare,cum tamē ex aduerſo picus Patruus oſtenderit ea quæ a ſtellis non fiūt,ab eiſ‐dem non ſignificari,cuius rōnibus nihil reſponſi datum eſt,ſicuti nec eius quoq; argumentis qbus patefactum eſt,ſi ſtellæ cauſæ occaſioneſve vitioꝝ eſſent,in eaꝝ auctorem potiuſq; in ipas id acceptum debere referri,quin & id abſurdum videť fateri ſtellas homines ſceleratos fa‐cere naturaliter,ut eius vtar verbo,quod non modo contradicit Auguſtino,ſed omni veri‐tati.Nam ſi coelū naturaliter ſceleratos faceret homines,ſi‐quidem volūtate ageret,idipſum ſcelus retorqueri in illū poſſet.Sin vero ab intelligentia directum,id nulla electione fatit,idipm quoq; intelligētiæ beatæ referri acceptum poteſt,quo qd abſurdius,non aūt de venenis & ſerpentibus,quæ pariat natura ſimile iudiciū.nam nec venena nec mors ꝑ ſe mala ſunt,ſicut vicia & ſcelera,quę in naturam quam deus bonam condidit,referri nequeunt.ſed de his ſatis multa.Ad ꝓpoſitū redeamꝰ.

Virginei clauſus ꝑfers retinacula ventris
Vulnerat in cunis ferrum,ꝓfugūq; retrudit
Liuor Idumæi rabies & ꝑfida regis.

aut Mercurij intelligit̃.ſicuti Cnidia ſtella Veneris orbē ſignificamus,& Solis q̊q; ſphærã auri como ſydere ſubnotamus,ordinē ṽo cõmunem planetaꝝ hoc loco ſequimur,q̃q; alij aliũ faciant,ut a Patruo in libris contra aſtrologos.& a nobis in q̃nto de reꝝ p̄notõe,& in ſupiori bus etiã commẽtarijs notatũ.¶Senis ꝓfugi.Saturni,q̃ ꝓfugus in Latio latuit. ¶Tardiſſima plauſtra.q̃m eius ſyderis reſtitutio tardiſſima,nam triginta annis abſoluit̃.¶Imperuia noſtro obtutu.aſtrologis eis q̃ ad ſigna noni orbis ſe referũt in p̄dicendo.placuit eum ip̃m orbē eiſdem q̃bus & octauũ ornarũt ſignis deliniri,hoc ē ariete,tauro,cæteris.fatent̃ tñ idq; neceſſe eſt eos fateri,ni ꝓrſus inſaniãt,ſigna illa eſſe ꝓrſus inuiſi lia.addidimꝰ ēt ¶Nec mẽti cognita,q̃m ſi eo ſenſus nõ ꝑtingit,nec rõ quo ad hoc ꝑtinet eodem poterit ꝑmeare.is em̃ orbis nonus noſtris theologis ponit̃,nixis diuino illi eloquio de aq̃s ſup̲ cœlũ,& alijs etiã ex cauſis,q̃s in ſupiorībꝰ adnotamẽtis ex ꝑte retulimus aſtrologis ṽo rõne motus aduerſi,quē poſterioribus dicũt ſe inueniſſe ſupputatõibꝰ dep̃henſus eſt,quē tñ neq; Ariſtoteles,nec eo itē multo poſterior Ptolemæꝰ ſi recte intelligatur,ꝑſpexit,ꝙ ſi nulla etiã dubitatõe colligeret̃ nonũ eē orbē,oi tñ dubitatõe plenũ eſſet,nũ in eo ſigna vlla deꝰ reꝝ oium opifex cõdidiſſet,q̃n nec acie oculi dignoſci p̃t,nec mẽtis acumine veſtigari q̃ ad eũ .ſ.ꝑ motꝰ ut ſic dixerim feneſtrã dũtaxat admittit̃,q̃re ſigna relegit ſi vlla ibi ſunt,& noſtro obtutu & noſtræ mẽti ꝓrſus imperuia,dum hac in carne moramur cõcluſi naturæ limitibus,nec aliq̊ reuelãte lumine colluſtrati.¶Proꝑanti ad culmina.ſ.ꝑ ꝓperãti ſi ꝓperare hoc loco ꝓ eo q̊d eſt tẽdere ſumamus,nã illas habuit ſemꝑ q̃ dicent̃ ṽtutes,ſi ṽo ꝓping̃tate capiamus,qua morti ꝓxima ꝓperabat ad cœlũ,firmiores eas fuiſſe ex frequẽtioribus actis intelligere poſſemus,nam quo plus vixit,plures ṽtutum actus ꝓmſit.¶Quæ adſtabant comites & miniſtrę.ṽtutes ip̃æ quas apprime ṽgo poſſedit innuunt̃.Nam & comites erãt indiuiduæ & miniſtræ,vtpote q̃bus & oꝑatões & oꝑa ṽtute p̄dita eliciebat.nec abhorrẽt metaphoræ a ſacris,immo cõueniunt ut Dionyſius,ut ſequẽtiũ multitudo theologoꝝ decreuit,q̃n & Gregorius & alij theologi de ṽtutibus & oppoſitis vitijs differentes fœmineo illa ſexu notãt,& matres faciũt & filiaꝝ quoq; nuncupatõe dignant̃.¶Albenti veſte.puritatis indiciũ.nam impꝛmixtus eſt albor & ex albo & nigro Ariſtotele auctore colores ducunt̃ vniuerſi,veluti ex duobus q̃bus mixtis varie conflant̃ & coaleſcũt coloꝝ ſpẽs,albor p̄terea multũ poſſidet lucis,& ex puritate mentis lux quoq; intelligẽtiæ ꝓdit,lucis item nitorem ex candido deduxit Dionyſius Areopagita.¶Sed ſeptem.tres quæ theologice dicunt̃ ṽtutes,fides,ſpes,charitas.& quattuor q̃bus nomē cardinales fecere recẽſent̃,q̊ꝝ natura ſubtilius nõ explicat̃,q̃m & ab alijs,& a nobis in libris de morte Chriſti & ꝓpria cogitãda,de illis inſtrui potes.¶Oſtro.ex cuius rubro rutiloq; colore,charitas indicat̃,q̃ ꝑ ignem etiã exprimi ſolet,nam rutilus color ignē indicat apud Areopagitam.¶Gemmis.q̃ ſua varietate varia dant intelligere eodē auctore,qui ex fuluo auꝝ,ex viridi vigorē & robur iuuẽtutis enũciat,ſicuti ex cãdido lucē,atq; ignē ex rutilo

Propare

Prę̃terit,atq; Iouis placidos elapſa per ignes
Scandit læta ſenis ꝓfugi tardiſſima plauſtra.
Indiderat ſtellis hæc nomina vana vetuſtas.
Inde ꝑ innumeras flãmas q̃ nocte coruſcant
Axis conſcendens vicini imperuia noſtro
Obtutu & menti non cognita ſigna relegit
Atq; leui planta decimo ſupaſtitit orbe.
Lympida tũ viſa eſt facies minus aurea Solis
Pallere aſtroꝝ radij,nigreſcere fului
Auroꝛę exortus,veluti cũ flamma lucernæ
Ingens exiguæ ſupaduenit,ip̃a dehiſcens
Contrahit aut radios aut cõtraxiſſe videtur
At dominæ ardẽtis,ꝓperãti ad culmina cœli
Quæ illi aſtabãt comites,q̃ mille miniſtræ
Veſte ſubalbẽti ſua quæq; inſignia pinxit.
Sed ſeptem ante alias vario ſub tegmine veſtem
Ornarunt oſtro & gemmis auroq; nitẽtem.
Prima manu conata leues effingere tractus
Aetheriæ lucis cœlo cum labitur alto

¶Auro.ꝑ aurum in ſacris literis ſapientia deſignari ſolet,apud Dionyſiū,q̄ vt illa q̄ ſupra diximus angelis applicata q̄d indicarent expoſuit,ita auri colore ſplēdorem illū inuiolabilē deſignat,q̄ nec cōſumi,nec minui,nec vlla rōe maculari poſſit.¶Ex villis aīal.fide in dn̄os & cuſtodiam domus inter oīa aīantia canes celebrant̄ apud Solinū,Pliniū,cæteros,& experiētia id ip̄m cōprobauit,adeo vt epitheto fidei notati.Hora.Seu viſa eſt catulis cerua fidelib⁹,ex margaritis ꝟo q̄ in concha naſcunt̄,maxime in Erythræo ſinu,delineatā eiuſmodi figurā dixim⁹

Et puras ſceleris mentes illapſa coruſcam
Scintillam fidei ꝑducit,ſedula conchæ
Carpſit erythrçæ nitidos ex orbe lapillos,
Et diſcreuit acu,duxitq; in tegmine plura
Signa,q̄bus ſubito viſum eſt oſtēdier albis
Ex villis animal domibus dominiſq; fidele.
Tum ſuberat bacca ſimili intertexto adamāte
Nexilibus variata modis iūctiſſima dextræ
Dextera quę ſignū fidei ſpectantibus offert.
Illa ſequebatur cuius mens inclyta nunq;
Deſperat metuens,cūctando & ſingula vincit.
Huic multo flexu multiſq; tridētibus vncis
Anchora fundat̄ texto viridante ſmaragdo.
Tertia candentes ignes rutilante pyropo
Struxerat in cordis formā,fulgebat amictus
Ardebatq; ſimul flāmis lambētibus ora.
Cuius ab aſpectu terras,maria,ęthera,cœlū,
Fundere ſcintillas & conflagrarę putaſſes.

ob cādorem,ſplēdorēq; eximiū,deſignātes purā & ſplendidiſſimā fidē.¶Signū fidei. cōſueuerūt a primis vſq; tp̄ibus in ſignū fidei manus coniungere,vnde & Papinius in primo Thebaid.Iam pariter coeant animoꝝ in pignora dextræ.&Verg.etiā Liuius q̊q; in primo hiſtoriaꝝ.& dextra data,fidē futuræ amicitię ſanxerūt,mox ꝓcedēte tp̄e,uelutiſymbolo q̊dam manib⁹ cōiūctis,inq; vicē cōſertis,in p̄ſentāda fide ſūt vſi.& memini me in Germania vidiſſe in tēplo celebri,dum vir & fœmina ſe mutuo p̄ſentiq; cōſenſu,ad ꝑpetuā thori fidē obligarēt,antiſtitē ſponſę manui ſpōſi manū inſertaſſe,ambabuſq; ſiniſtra cōp̄hēſis,dextera ſigno crucis facto bn̄dixiſſe.Addidim⁹ huic ſigno adamāta fuiſſe intertextum,ut ſolidiſſimā fidem ſubnotaremus,q̄ & ſi alijs in Ap̄lis,dum Chriſtus pateret̄,ad tēpus euanuerit,in ea tn̄ ꝟgine integra inuiolataq; ꝑmāſit,& ea ꝑdit̄ legitimi adamantis natura,ut reſpuat ictum ferꝝ,incudeſq; non timeat,& igniū victrix ꝑſeueret.¶Illa ſeq̄bat̄.de ſpe dicimus,quam deſignauimus anchora q̄ fixa fundo,naues retinet,ſic & ſpes p̄ſtat ne vacillet animus,ne ferat̄ omni vēto doctrinę,ne fluctibus aduerſaꝝ reꝝ obruat̄,ex ſmaragdo ꝟo cōſtruximus,q̄m eius color viridis apud Dionyſiū Areopagitā vigorē & robur deſignat,oculos p̄terea recreat,quēadmodū & ſpes fatigatā & inſtabili mūdi fluxu turbatā mētis aciē refouet,dū ſuggerit cōtemplatōēm reꝝ æternarum.De ſmaragdo multa Plin.diſſeruit,q̄ꝝ ꝑtem ex Theophraſto citauit,ea aūt oīa ſunt in eius libro,quē de lapidib⁹ inſcripſit,de tetracubito.ſ.ſmaragdo,de Iouis obeliſco,de tyria columna in templo Herculis,vt omnia fere ad verbum exſcripſiſſe videatur,vnum tamen hac in re miratus Plinium,aſſeruiſſe ſmaragdum non inſculpi per hæc verba.quapropter decreto hominū ijs ꝑcitur ſcalpi vetitis,cū tn̄ in eo ip̄o Theophraſti lib.hæc iaceant ꝟba,vbi enim viſu optimā eſſe ſmaragdū dixerat adiecit διο και τα σφραγιδια φορουσι εξ αυτης ως τε βλεπειν.i.q̄propter ſigilla ex ip̄a ferūt vt videāt,& nō multo poſt ευρισκονται δε σπανιως μεγεθος εχουσαι σφραγιδος.i.rare āt inueniunt̄ q̄ magnitudinē habeāt ſigilli.¶Tertia cādētes ignes charitatē innuimus,qua plurimū ꝟgo ornata idq; corde in quo ſentiendi regia,& a quo ꝓmi cogitatōes Chriſtus dixit,expreſſimus.fuit autem cōtrouerſia,quam vt al's diximus,ad cōcordiam reuocare conatus eſt Auerrois,cui nā mēbro principatus ſenſuū deberet̄.cordi nos hoc loco dedimus,& ſacræ lr̄æ id p̄dicant frequētiſſime,quod & Ariſtote.quoq; putauit,arbitratus oēs ſenſus a corde trahere initiū ſui.q̄n & in ip̄o corde intrinſecus ſenſus oēs illū poſuiſſe,q̄q; alij nolint,oſtenſuꝝ me puto in cōmentarijs quos meditor in eius libros de aīa

Fidei ſignum

Smaragdus

Itaqꝫ in cordis formam, vtpote quo precinemur diligere deum (scriptū eēm in sacris literis, diliges dn̄m deum tuū ex toto corde tuo) cōflatos diximus pyropos ꝗ flammas imitant̄, qbꝰ incendiū spiritale tam magnū exarsit, ut eó oīa repleri visa sunt, q̄ ad eximiā ꝟginis ꝙquo possumus mō, celebrādā charitatē cecinimꝰ ¶ Mox veluti in speculo. prudētia notat̄ ad quā & ꝑterita & p̄ntia & futura cōsiderare ꝑtinet, q̄ res magnopeꝛ ꝟgini cōcedenda, immerito tn̄ tribuita dijs fallacibus, vt al's ostēdimus. ¶ Tres aliæ. de reliqs tribus fit mētio. ¶ Hæc nectaris tēperātia describit̄ quo pacto & pingit̄. addimus tn̄ significātiā, & asserimus nō habuisse illam ut alij moꝝ aduersantiū inter se prælia, nec malum impulsam fomite, quem extinctū in ea dicimus. nam Thomas affirmat in ea fomitē cum sanctificata est in vtero ligatū, cum vero Christū concepit penitus ablatum fuisse. ¶ Illa procul. Fortitudo pingit̄. quo mō & a pictoribus ꝑsentat̄. sic & iusticia ꝑ gladiū & trutinā pari pacto subnectit̄. ¶ Zonā. Dionysiꝰ capite decimoqnto cœlestis hierarchiæ, zona voluit significari fœcūdaꝝ ꝟtutum diligentem custodiā, quę ipās cogat in habitum, ꝙ singulari facilitate conuertat̄ in semet. prę ter id hoc loco zonam posuimus, vt post septem illas ꝟtutes, virginitatē quoqꝫ notaremus, quam tametsi cōclusam esse in ipis differere potuissemus, illam tn̄ apponere maluimus, qm̄ singulari quadā eminētia ꝑfulsit, illā itaqꝫ zonam ex topacio incrustatam diximus, ꝗ lapis ꝟginitatē fouere ꝓhibetur, inuentus aūt in Chyci Arabię insula, ut refert Archelaus apud Pliniū, q̄ꝫq̄ꝫ & circa Thebaidis Alabastrę oppidū natā hanc gemmam nōnulli ꝓdunt, & Iubæ testi-

Topatiꝰ monio Topacios insula sit in

Topazꝰ. rubro mari, quæ Troglodytarum lingua, ex significatione quærendi nomen habuit, ex qua primum Topatios importatus sit Berenicæ reginæ, Orpheus autem non Topation sed topazon dicit ηλδουτει θυητοισι θυητολικοι τοπαζοι. hæc ille in libro de lapidibus, quapropter si nomen lapidis non expressimus, sed circumscripsimus præter præceptum artis elegātioremqꝫ figuram, nominis quoqꝫ ipsa varietas in causa esse potuit. ¶ Et adamante micat. ex constantia & virginitatis voto fibula zonæ ex Adamante construitur, quem nulla vis possit effringere. ¶ Qua visa. fabricatam vero zonam accipe ad irridendam gentium deam Venerem, quæ & zona pollere dicebatur, qua spiraret amorem, accenderetqꝫ, eamqꝫ rupisse virginis visa zona subdidimus. Cestos āt id cingulum appellabatur, quo diffracto & fœmine-

Cestos os ornatus qui mūdi muliebris nomine censentur a Plinio, & alijs scidisse canimus, & euellisse alas Cupidini filio, & alia quæ furiatæ fœminæ faciunt operatā fuisse. ¶ Vellit aūt eo modo dictum quo & Cicero in oratione ad Pontific. Gradus Castoris conuellisti & remouisti. & a Vergilio. Manesve reuelli.

Mox veluti in speculo spectāt tria ꝟginis ora
Quę sunt, q̄ fuerint, & q̄ ventura sequant̄.
Tres aliæ limbū variant. hæc nectaris vrnā
Inuergit, stillatqꝫ latex quē fictilis olla
Suscipit & varijs elemētis mandat habendū.
Misceat vt superis ima, & fera prælia moꝝ
Pellat, & extinguat primæui fomitis ignem.
Illa procul Libyci laniauerat ora leonis
Vltima fulgentē dextra vibrauerat ensem,
Et leua trutinam gestarat lancibus equis.
Vna oēs zonā ex gemma quā Chycis alūna
Protulit incrustant, stabili cui fibula nexu
Ex adamante micat, ferri cui nulla potestas
Malleus aut steropis, nec victrix flāma corusci
Fulminis officeret, zona ve reuelleret aurea,
Qua visa Venus ipa ruens Amathuside terra
Diffregit Ceston, pectus velauit & ingens
Fœmineū mundū scidit indignata cruento
Vngue genas lacerās, discepto crine comāti,
Atqꝫ sagittiferi furiata cupidinis alas
Vellit & indomitos arcus in frusta secauit.
Mars quoqꝫ turbatis descēdit ab ęthere bigis

¶Offenſus ſpeculo & libra. nam ſpeculo prudentiã, libra ſeu bilance & trutina iuſticiã ſignauimus, quibus Martis inconſideratus furor ꝑ fas & nefas ſanguinem fundens & rapinis inſiſtens aduerſat̃. ¶Quoniã anchora nauem. fabulant̃ aſtrologi Saturnũ infœlici loco poſitum vel ſyderi copulatũ, deſperatõem & vehementẽ animi triſticiã excitare, quorũ fabulamenta deijcientes, Saturnũ anchoræ iactu gemitus effudiſſe dicimus. ¶Cyllenius Harpem. Mercurius ꝗ Harpe q̃ raperet oĩa, vſus ꝓhibebat̃, & eã abieciſſe Harpẽ amiſſo dñio, & diſſoluiſſe caduceũ & euulſiſſe talaria dr̃. ¶Vellẽs tallaria. Finxerũt ei gẽtes alas pedibus geſtaſſe Mercuriũ, q̃ talaria nũcupabant, id aũt eo veniſſe dicunt, ꝙ celer deorũ nuncius appellabat̃, ſed furto idipm ex ſacris lr̃is ſubductũ fuiſſe ut credam hoc ducor indicio, qđ beatis ſpiritibꝰ alas ſacra tradunt eloquia, qua de cauſa Dionyſius quintodecimo & vltimo cœleſtis hierarchię capite, ſcripſit pedibꝰ mobilitatem, celeritatẽ, & curſum inſinuari ſempiterni motꝰ ad diuina tendentis, ꝓptereaq; theologiam pennatos ſanctorum ſpirituũ pedes effinxiſſe. ¶Fregit Dictynna, Diana q̃ & Dictynna, vt in ſuperiore hymno exponendo notatũ eſt, ira fregiſſe dicit̃ ſagittas, q̃bus inter venandũ vtebatur. ¶Quod ſpolio Libyci. eo ꝙ ſine ſagittis virgo illa quæ ſignat̃, leonem interimiſſe eius ſpolio gauderet. indicat̃ autẽ virginis illius famulæ figũra fortitudinis ꝟtus. & ita in vſu eſt, vt diximus fortitudinẽ ꝑſentare ꝟgine quæ leonem dilaceret, leo em̃ ferum eſt animal, extinctum autẽ indicio eſt maiorẽ illi fuiſſe vim quæ ipi necem intulerit. Dionyſius aũt ſignificare leonis faciẽ (quo ad angelos ꝑtinet) robuſtã illam vim & indomabilẽ putauit, qua ꝓ viribus ad occultiſſimum diuinitatis arcanũ nitunt̃ euadere. ¶Iupiter idæus, Ioui aũt eueniſſe dicimus, ut coronã & ſceptrũ magno timore ꝓiecerit, & ciderint ab illius manibus fulmina, quæ illum iaculari fabulabat̃ antiqtas. ¶Cyclope, fabulabant̃ em̃ Cyclopes Ioui ſufficere fulmina. Pap. in primo Theb. Tedet ſeuire coruſco, Fulmine iãpridem Cyclopũ operoſa fatiſcunt Brachia, id nomẽ prima breui poſuimus. ſic & alio loco Papinius. Peſtifera arma iacit cãpoſq; & cęlſa Cyclopũ Tecta ſupiecto nebularũ incẽdit amictu. longa Verg. & breui ſæpenumero vſus. Itẽ Papiniꝰ ſupra & infra etiã Cyclopes notiq; operũ thelchines amica, ſic & diuerſi atq; ijdẽ etiã diuerſe poſuerũt, qm̃ liq̃da mutam ſeqtur, & q̃cq̃ iure grãmaticę ſi breuis ſit elõgari ſyllaba p̃t rõne iam poſita, nõ tñ cõtra ut lõga poſſit in breuẽ cõuerti. ſed eius nois media etiã varie ponit̃, nam tametſi o. ω. mediæ magnũ ſit apud græcos, breuẽ tñ ſæpenumero boni auctores illam fœcere. o magnũ paruo ꝑmutantes, ut Verg. infandi Cyclopes. ¶Dum videt ardentes, indignatum Iouem innuimus & ꝓſtratum, quem tamen deorũ ſummũ gentes autumabant colentes dæmonem, qui ſucceſſu ſummæ ꝟtutis. i. charitatis cui maxime aduerſabat̃, in iras ſimul & timores inciderit. ¶Angelicos trãſuecta choros, ita theologi decernũt & canit eccl'a. Exaltata eſt ꝟgo Maria ſuper omnes choros angelorũ ad cœleſtia regna.

Talaria

cyclopis:

Offenſus ſpeculo & libra, Saturnus ab alto
Culmine diffudit gemitus, quãdo anchora nauẽ
Detinet in pelago tutam, Cyllenius Harpem
Dirupit, colubroſq; vna ſplendente caduceo
Dimouit, nudis vellens talaria plantis,
Atq; ſuas fregit pariter Dictynna ſagittas,
Quod ſpolio Libyci gauderet virgo leonis
Iuppiter Idæus ſceptrum exitiale nefandi
Imperij rotat infrendens, ſolioq; coronam
Deturbat quaſſatq; caput, magnoq; vlulatu
Excuſſat tremulis manibuſq; genuq; labanti
Fulmina ab ætnæo nugis fabricata Cyclope,
Dum videt ardẽtes incenſo e corde fauillas
Flãmiuomoq; hoĩm mentes rutilare pyropo
Sic veterũ indignans fugit omnis turba deorũ
Quos picturatæ veſtis tremeſcerat ingens
Splẽdor, & aduerſi mores, periere ſub antro
Tartareo, aduerſi ꝟtutibus inclyta veſtis.
Quas tulit & ſimili nobis ſub imagine reddit.
Illa igit̃ regina deum ſummo orbe potita
Angelicos tranſuecta choros ſolioq; tonantis

Fœcũdus.

¶Fœcunda.fœcundus & fœtus a ferendo dicitur, Ouidio auctore in Fastis. ¶Incrementa trahens. scribit enim Egnacius ad Philippenses de Christo. Vere natus est, & vere creuit, ut aliorum theologoꝝ mittam auctoritates. ¶Et reuoluta pio. exprimit motus infantium, cũ hauriendi lactis cupidi parentibus reuellant mamillaꝝ velamenta. ¶Illi funde. de virtutibus ꝟginis canentibus, consonũ fuit vt ꝟtutes q̊cꝫ dari p̄caremur, eiusqꝫ meritis id fieri obsecraremus: in primo enim hymno de ip̄o deo & natura, in secundo de mysteriis gratiæ & redemptõis, in tertio de virtutibus disseruimus, quo factum vt theologicis sententiis hæc ip̄a carmina conueniant, quæ cum adnotatiõibus, glossulis, interp̄tamentis, ad te mitto ea lege, vt ad veram philosophiam ad sacras literas exciteris, a q̊ studio tantisper diuertimus, dum hos ipsos hymnos absolueremus, redituri ad priora studia, quibus id ocii quod a molestissimis curis suffurari potero prorsus impartiar, idqꝫ tibi faciẽdum censeo. cui pariter mitto Syluam carmine simili olim a nobis effusam, tum qui eius versus in cõmentariis quandoqꝫ citauimus, tum vt habeas simul q̃cunque edidimus carmine superioribus annis, si illi ipsi Staurostichon iunxeris. Habet sylua ip̄a tres animi status primo em̃ fictum videbis abalienati tumultum animi, quẽ postea rationis officio mitigatum atqꝫ compositum cõspicies, eundemqꝫ ipsum demũ lumine fidei ad superiora sublatum, id quod optabat impetrauisse. Moneo tamen te ut nõ minus operæ in iis quæ prosa oratione edidimus impendas, & ad ea quæ adhuc habemus in manibus ediscenda te præpares, quibus perceptis, aliorum facilius elucubrationes adire poteris.

Assistens fruiturqꝫ deo sempqꝫ fruetur,
Et nati dextræ assidens in vota vocatur.
    Salue sancta parens, seruit cui terra, fretũqꝫ,
Cui cœlũ, tetriqꝫ chaos famulat̃ auerni.
Cui natura potens se subiicit, atqꝫ refuso
E gremio cunctas expromit sedula vires
Regina angelicis super exaltata cateruis,
Virginei fœcũda parens sine labe pudoris
Filia prognati qui semp regnat olympo
Quiqꝫ tuis iacuit niueis resupinus in vlnis,
Quiqꝫ tuas voluit teneris exugere labris
Incremẽta trahẽs tenera de matre papillas
Atqꝫ etiã roseo totiens qui candidus ore,
Vberibus totiens, totiens ceruice pepẽdit,
Et reuoluta pio totiens velamina nisu
Detraxit cupidus niueos haurire liquores.
Illi funde preces renouet virtutibus orbem
Quarum signa tue conati infigere vesti
Cantando atqꝫ habitus mẽtis ꝓferre subauras.

ΤΕΛΟΣ

SYLVA.

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANdulæ Domini &c. Votum pro salute coniugis.

NOn adeo arentis considens vertice fagi,
Amissos queritur viduatus turtur amores,
Non adeo Alcyone deserti in littoris alga
Ingemit, ut mecum possit certare querelis,
Sic animum pressit prope iam morientis imago
Coniugis, atque vago sic mens agitata tumultu,
Vt longis nimium vexata ambagibus, ægre
Ad semet rediens votum immortale sacrarit.
Nam primum turbata nimis, nam victa dolore,
Sæpius has imo deprompsit pectore voces.
Tu sine me, sine me, sine me mea vita supernos
Inuises cœtus, sine me per lucida templa
Empyreasque domos, sine me mea vita vagaris?
Quid dixi? stabili & tranquilla sede quiesces
Irrisura vagos mortalia facta tumultus.
O mihi si liceat pendentem abrumpere vitam,
Te subito coniunx celeri per inania saltu,
Te sequerer coniunx liquidam sublatus in æthram.
Nam neque te eriperent horrenda pericula ponti,
Nec mihi te eriperent terræ discrimina coniunx
Non te Scylla ferox, non quæ de gutture fluctus
Absumptos reuomit, non tristibus inuia nautis
Syrtis, non viuæ refugo Symplegades ictu,
Te sequerer coniunx, aut te de gurgite vasto
Eriperem, vasto aut tecum absorberer hiatu.
Siue ad Vlysseis vix nuper cognita nautis
Aequora transires, furiatus nauita puppim
Conscendens, socijs dare ventis vela iuberem,
Iratum findens abiegno stipite marmor.
Quod si Cerneæ longinqua ad littora terræ
Pergere tentasses, rapido per inhospita cursu
Te sequerer, lento virgo priuernia cursu
Iret, & Oenomai lenti de carcere currus.
Et testudineo Pisæa ad flumina gressu
Tendere cornipedes censeret græca iuuentus,
Per medias acies, rabidæque per ora Chimæræ,
Per thauros patulis efflantes naribus ignes,
Et per auernales (si fas est dicere) lucos

Fictio tumultuãtis & abalienati animi.

Nota quod ita iratũ marmor dr̃ sicut vndosum equor apud Vergiliũ in iiij. Aeneidos.

Cautior Odrysio multumq; ardentior Orpheo
Te sequerer coniunx,sequerer dulcissima coniunx.
Quid facerem? dicar fortasse vxorius,esto.
Quid facerem infoelix? in te mea vita reposta,
Vota mea,ex illo cum magno impulsus amore
Parthenopam accessi,cum sancto foedere dextram
Coniunxi dextrae,& magna stipante caterua,
Et rate regali Baiarum in littore sidi,
Vt mox ad Ligures Tyrrhenum vecta per aequor,
Inde Padum secus in patria ditione maneres,
Et te constantis celebrarent moenia Pici,
Flauia quem dudum Eurydes prope fluminis oras
Mirandula vnde dicta. Siclae conceptum viridanti fudit in vlua,
Cum miro ex partu traxit Mirandula nomen.
Mox ardor magis atq; magis crescentibus annis
Creuit,multiplici firmatus pignore amoris.
Nam consors foecunda tori,fidissima rerum
Custos,concilij prudens,vt vinceret sexum
Ausoniae annuerint spectato examine matres:
Hinc & relligio,& grauitas rarissima quondam
Foemineo in coetu,simplexq; modestia,simplex
Cultus,& eloquium constans,& gratia formae,
Gratia compagis membrorum,gratia vultus,
Et quae librato radiabant lucida motu
Lumina,sydereis certantia lumina flammis
Quod si multiplici tutabar moenia bello,
Hostilis cum me dura obsidione premebat
Et patriam vrgebat varijs exercitus armis,
Adstabas comes vsq;,& propugnacula crebris
Tutata auxilijs,animo tutata virili.
Quod si securae tranquilla per ocia vitae
Tractarem libros,nostrae monumenta salutis,
Adstabas comes vsq; viro,comes vsq; fidelis.
Siue hymnos canerem,quos iam mandare papyro
Constitui,gaudens numeros plena aure bibebas.
Seu plura adferrem numerorum lege soluta,
Sedula tentabas sensus haurire repostos.
Omnia iam tecum amittam simul,omnia tecum
Iucunda extiterant,sine te iniucunda futura.
Num mihi firmari possent mea vota maligno
Impete depulso morbi? num pallida tabes?
Num tetris pelli poterit mors improba succis?

Gramine vel Glauci? vel prisca Paeonis arte?
Vel qua nutritus gemini Chironis in antro
Pollebat morti illudens Messenius heros?
Sed languor crescit, nostroq; in pectore amaror
Exundat, crebris singultibus ilia languent,
Vbertim manant lachrymæ, turbataq; fletu
Mens labat, & madidum lacerant suspiria pectus,
Vt non Ismariæ volucris, neq; tristia mœstæ
Præstari ad planctum cupiam lamenta sororis.
At nimium mea damna querar, fletuq; supremo
Effundam gemitus cycnei funeris instar.
Saltem alijs possem lachrymas extrudere, & altum
Indere mœrorem, dignosq; Simonide luctus.
Dum mecũ hæc malesanus ago, consurgere visum
Lumen, & explodi nugas, commentaq; vulgi,
Depelliq; magos, cantataq; pharmaca vanæ
Artis, & eductos simulato gramine manes.
Ac subito excita est mens consternata, reuulsum &
Quod semel insedit misera in prȩcordia ferrum,
Mox paulum fotæ fixa hæc sententia menti.
O miserum mortale genus, cui tristia rebus
Succedunt lætis, & amaro perlita felle
Pocula de calicis melliti margine manant.
Quicquid enim prȩsens dulci oblectauit amore
Amissum querimur, & amaro verba dolore
Saucia mens fundit, renouatq; in pectore vulnus.
Discite mortales fluxis non fidere rebus,
Nec nutabundæ semper, semperq; labanti
Fidere fortunæ, nam qui pereuntia firmis
Prætulit, instabili momento nixus anhelo
Pectore deposcit quod mox deploret adeptus.
Aeterno præstat perituros perdere amores,
Aeterno sine fine deo, sine fine fruendum est.
Tum subito immensus pereuntis imaginis ardor
Perfrixit, superos mens desolata recessus
Ingressa, ad solium supremi principis ingens
Adstitit, & similes iterauit mœsta querelas.
Supreme omnipotens, æterne o conditor æui
Regnator cœli & terræ, miserere precantis,
Languentis miserere simul pater optime, morbum
Depellens, sobolis pariter miserere pusillæ.
Ne matre amissa in tenebris gemebunda residens

Motus euigilãtis & semet expgiscentis rõnis.

Motus mẽtis lumine fidei ad superna scãdentis.

Continuos tenero fundat de pectore questus.
Concede inducias chara pro coniuge nobis,
Concede inducias, si nostrum vita caduca
Pendet ab alterutro, patria componere terra
Extinctum liceat corpus patrioque sepulchro
Condere, pollutus donec renouabitur orbis,
Si merui pater insontem ne percute, maior
Splendeat in terris donato in crimine virtus.
Altera lanx vergat, vincat clementia, vincat.
Adstabat virgo genitrix suprema beati
Cœtus, & orabat misero pro supplice natum,
Adstabat multo radians Egnatius ostro,
Fulgidaque inscripti referens insignia cordis.
Nec non Trinacriæ præses Drepanique refulgens
Sydus, cui niueo substabat pendula amictu
Succincta ad lumbos nitida ferrugine vestis.
Tumque dies aderat qua terris pauper olympo
Diues in æternam conclusit lumina lucem
Aessisius, quino redimitus vulnere corpus
Ardore eximio, supremi principis instar.
Atque preces solito institerant geminare fauore.
Annuit omnipotens quo pellit crimina vultu,
Annuit, & tenues morbus discessit in auras.
Quattuor hinc tanto soluam pro munere vota,
Nam cineri similis pannus languentia membra
Obnubet, similique humeros velatus amictu
Virginis ante domum gaudens, genibusque reflexis
Procumbam, atque tholo ægrotę fulgebit imago,
Virginis ante domum quæ dudum cœlitus acta
Illyricas petiit sulcato marmore syluas,
Hinc fines Italos ingressa, Adriæque tumentis
Fluctus transmittens Picenis adstitit aruis.
Mox Drepani templum in patria consurget alumno,
Et patriæ in templo victricia vulnera ponam
Egnati, & fractos Traiani Cæsaris enses.

Inducias, media hic correpta posuit, nam quamuis alii aliter, putat auctor quasi ab inter & ducis posse componi.

Voti sacratio.

TEλOS.

Argentorati in libraria officina Mathiæ Schurerii
Mense Augusto. Anno salutis.
M. D. XI.

REGNANTE IMP. CAES. MAXI
MILIANO PIO FOELICI
A V G.

## MAXIMILIANO CAESARI AVGVSTO INCLYTO IOANNES FRANCISCVS PICVS FOELICITATEM.

OCCASIONEM Dediſti mihi Caeſar clementiſſime,vt ea ſtu⸗
dia,quibus olim oblectabar,nunc quodam quaſi poſtliminio re
peterem,ab eis enim tum negocijs armorum diuerteram,tũ gra
uiorum ocijs literarũ diſtentus nũcium remiſeram.Monſtraſti
dum eſſem apud te in Germania,Cruces,Clauos,Lãceas,& alia
pleraq̃,cœleſti quadam nec viſili pluuia corporibus deliniata,& quæ hac de
re tibi etiam literis ſignificata fuerant,qua es facilitate,dignatus es e Germa
nica in latinam linguam interp̃tari. Vidi & ip̃e poſtq̃ a tua maieſtate diſceſſi,
in Italiam rediturus,multa quæ non modo fidem rei iam vulgatæ aſtruerent,
ſed maiorem multo demiratõem incuterent,& vniuerſam pene Germaniam
ad cœleſtia prodigia,religionis ergo commouerẽt.Quo factum vt rem tam ce
lebrem,tam dignam poſteritatis memoria,literarum monumentis,Heroiciſ⸗
q̃ potiſſimum verſibus in p̃ſentia mandare deſtituerim.Nil eas veritus calũ⸗
nias,quas philoſophaſtri funderent,ignari altiſſimos literarũ locos,a prima
antiquitate,metro concelebrari ſolitos,nec apud Platonem & Ariſtotelem ſa
tis diuerſati,Quorum ab altero Epigrãmata,ab altero etiã poemata excuſſa
ſunt,vt ipſius artis poeticę p̃cepta reticeam.Ipſi aũt theologi nec hymnos ec⸗
cleſiæ diſſimulent,nec neſciant Nazianzenum,Hieronymũ,Sedulium,Pau
linum,& alios carmina ceciniſſe.Nec eos p̃terierit Moſen primũ diuinas lau
des carmine Hexametro decantaſſe,& Hebræum calamũ nonnullis diuinorũ
libris verſuum menſuras impræſſiſſe,quas equidem non ſolum licere,verum
& expedire quoquo modo,noſtra etiam tempeſtate putauerim,modo fabulo
ſa ne ſit,nec obſcœna materia,modo gentiliũ deorum memores ne ſimus,p̃⸗
terq̃ forte,dum eos explodimus,dum damnamus.Sume igit̃ libenti animo
Cæſar noſtram hanc hiſtoriam altius repetitam,& carmine concinnatã,cuius
lectione(ſi erit ocium)addi animo ſtimulos optarim,ut Chriſti memoriam in
occidente minus reuerenter quandoq̃ habitã.In oriente vero principum deſi
dia iam pene abolitam,renouãdam pro viribus & illuſtrandã ſuſcipias,& im
pij Maomethis cultũ penitus obliteres.Et qm̃ militiæ tuæ me iam pridẽ,nec
ſine honore & egregia quadã auctoritate aſcripſiſti,Iſtiuſmodi quidẽ compa
rãdę victoriæ debemus enſem,partæ aũt & publicãdę ſtilũ pollicemur. Vale.

IOANNIS FRANCISCI PICI MIRANDVLAE DOmini & Concordiæ comitis, Heroicū carmen de mysteriis Dominicæ Crucis nuper in Germaniam delapsis, ad Maximilianū Augustū Romanoꝝ Regem.

## TITVLVS STAVROSTICHOS.

Ermanæ nuper delapsa insignia terræ
Principis ætherij, canerem ter maxime Cæsar,
g Si me p̄cellens rerum mirandaq; moles
Exiguo sineret residem de pectore vocem
Promere, sed vincet pietas, audacia vincet.
Abscedat Bromius, spumoso Cypria ponto
Dispereat, procul hinc absit Thymbræus Apollo
Fabula Pieridum, procul hinc procul este prophani,
Namq; salutiferi canimus miracula regis
Væsano figmenta deum qui dispulit orbe.
Christe faue cœptis, tuq; o sanctissima virgo
Empyrei regina poli, genitrixq; tonantis,
Dirige fluctiuagam ventosa per æquora cymbam.
Postq; flammifero præpes descendit ab axe
Summa dei soboles, summi sapientia patris,
Vt male contractas a primo semine labes
Purpurea elueret sacrati sanguinis vnda,
Mortales clauso profugos vt ferret olympo,
Sacra prophanato diffudit lumina mundo,
Tartareas pellens hominum de corde tenebras,
Inq; vices varias diuersa in tempora signis
Quæ captum superant humanæ mentis, adegit
Suaue serenata in præcordia vulnus amoris.
Illapsus primum præcelsæ virginis aluo
Quæ mox concepit nullo de semine prolem
Viliaq; enixa est nono ad præsepia mense,
Iam vix octauam lucem conspexerat infans
Iam vix assumptæ prima incunabula carnis
Attigerat, cultros pellis cum cæsa cruentos
Sensit, & hostiles aufugit principis iras
Herodis, supero matrem puerumq; tueri
Afflatu iussus Ioseph, Nilotica tecta
Perrexit, monitusq; iterum ad Iudæa reuerti
Herode extincto, Galilæis adstitit aruis.
Subditus interea peragit mandata parentum,
Præcellitq; senes puer, & Salomonia templa
Ingressus monuit, legisq; abstrusa reclusit.
Mox docuit Solymos præclaræ munia vitæ
Præconis tonitru, qui flumine mergier artus
Suasit, & indignum Christi qui lora relaxet

Se vocat,& nitidę soluat sandalia plantæ
Hinc vastæ latebras Christus perrexit eremi
Multos passurus violenti dæmonis astus.
Namq; quater denos iam roscida Luna rotatus
Egerat,& totidem magnum Sol aureus orbem
Ambierat terræ,nec dum ieiunia Christus
Soluerat esuriens,cum se tentator operta
Ingessit fraude,& lapides mitescere duros
Præciperet blande stimulat,cui talia fatur.
Nonne sacri referunt libri:traducere vitam
Non datur in dapibus,sed enim fœlicius illud
Quod fluxit sacro,semel omnipotentis ab ore
Perpetuam præstat ventura in secula vitam.
Protinus hinc cælsæ vehit ad fastigia pinnæ
Spiritus,atq; illi rursum.si dia propago es
Te tuto poteris summo de culmine templi
Mittere:nanq; extant de te mandata ministris,
Ne forte ad lapidem offendas,cui talia reddit.
Legiferi scitum Mosis,dominumq; deumq;
Ne tentes,paucis pauefactus vocibus hisce
Obriguit,veluti cum sæuo mœnia bello
Impiger obsedit multo conamine miles
Actutum & chalybis percussus tempora glande
Machina terrifico quam fulminat ænea bombo
Sternitur,atq; illi torpescunt frigore membra.
Crudeles iterum versutus colligit iras
Ac tristi obuersat fallendi pectore curas,
Nubiferi ductum præcælso in culmine montis
Collocat,& molli quondam regnata Dario
Monstrat sceptra,Pharon,Libyes porrecta sub axem
Regna,Tagum fuluam populis qui voluit harenam
Et quicquid latis rerum tractabat habenis
Roma potens,spondetq; illi si poplite flexo
Procumbat,contraq; refert diuina propago.
Perfide discedas,soli seruire tonanti
Est opus,in tenues momento euanuit auras.
Post nucleum legis dirimens a cortice vulgo
Præbuit,æternæ reserans compendia vitæ
Dogmataq; expungens scribarum mentis auaræ
Semina,pontificum luxus,fastosaq; secli
Gaudia perstringens,phariseæ noxia turbæ
Carpit fulcra,dolos retegit,prænuntia mortis
Spargit verba suæ,non indignatus ab vmbris
Infernis animas excire ad munia vitæ
Reddere cognatis nutu,quæ functa sepulchris
Corpora,quæ tristem dudum exhalare Mephitin,
Disiectæ placuit rursum connectere formæ
Inuidia extemplo conflatur maxima,nanq;

Virtuti vitium bellat,diuina prophanis
Confligunt,pugnat tumido clementia vastu
Supplicium petitur,iusto de sanguine,pœnæ
Poscuntur,sæuæ condunt spectacula plebi
Pontifices,tollit præses Romanus in altum
Membra salutiferi transfixo stipite regis,
Funditur innocuus toto de corpore sanguis
Vbertim celebris mixto fluit vnda cruore,
Qua scelus antiquum,primaq; ab origine mundi
Eluitur,patriæ primæua piacula noxæ.
Scilicet humani generis perculsus amore
Crudeles clauos,risus,atq; aspera flagra,
Sputa,alapas,barbæ vulsus,diramq; coronam
Sentibus horrentem subijt,mortemq; fugare
Morte crucis voluit.quæ te clementia Christe
Ingratos nimium mortales,ferrea corda
Vt morte eriperes,mortem perferre coegit?
Ne rogo,ne summi collati muneris vnq;
Inferni obrepant vesana obliuia somni
Dicite fœlices animæ,quæ lucida templa
Incolitis,quoties renouarit mystica lethi
Signa sui,postq; sedes ferrugine nigras
Inuisit,pulsisq; æterna luce tenebris
Atq; cathenato resolutis patribus hoste
Sublimis superas Christus remeauit ad arces.
Principio auratis confixit corda sagittis
Corda virum sacri cætus,quæ viuida virtus
Ardentis linguæ in speciem penetrarat,& almum
Spirabant calefacta nimis præcordia Christum,
Quem puro quondam sumebat turba fidelis
pectore sacratæ celebrans conuiuia cænæ
Scilicet immites hinc debellare tyrannos
Exarmata valent flammanti pectora lingua,
Hinc veteres fugitare dei trepidare senatus,
Mirari attoniti sophiæ de plebe magistri.
Mirari & vulgus cœpit,cum cresceret ardor
Insolitus,numerumq; magis,quo sæuior ira,
Redderet innumerum tormentis percita cædes.
Recludunt Stephano cœlum stridentia saxa,
Vrentem moriens temnit Laurentius ignem,
Innumere rigidam constanti pectore mortem
Imbelles obeunt(res non audita)puellæ.
Pollutas pueri læti obtruncantur ad aras,
Inter mille neces fidei rutilantior ignis
Fulsit,Callaicis veluti in fornacibus aurum
Tum præses Syrijs feruens Egnatius agris
Christigenas pascebat oues,Romanus abegit
Miles,crudeli ducturus funera circo.

Sacra viri nimium formidant membra leones
Tangere, ab innocuo cohibentes ora cruore,
Quem rigidi immitis Traiani exhauserat ensis
Protinus euulso (nam dirus pectore lictor
Traxerat) inscriptum cordi spectatur Iesu
Nomen honoratum, quod tristia tartara longe
Formidant, superæ conspecta insignia dextræ
Tempore iam ex illo, multum cum viuidus ardor
Ferueret, inuidit dæmon transcendere cœlos
Stelligeros hominem, quibus ille expulsus Auerni
Horrendas subijt multa caligine sedes.
Hinc satagit tristi vt marcescant pectora luxu
Crassetur vilis timiduscp nomismatis ardor,
Despectent humiles vano vt turgentia fastu
Stemmata, sed vicit Christus, superocp calore
Dispulit elatas erebi de nocte tenebras
Hoste triumphato, ruit ille in tartara præceps:
Sed magis inferius coluber cum sybila pressit
Fallendi insidias viroso in corde volutat.
Cum velut a rabida quam dira impellit edendi
Ingluuies, pastor commissa armenta Leæna
Custodit, magis illa furit, licet improba fraudes
Dissimulet, renouatcp latens in pectore bellum,
Secius haud coluber simulata pace venenum
Offundit, sed quis summi omnipotentis alumnos
Fraudibus eripiat? placuit concire fideles
Sæpius, atcp magis, quo frixit inertia mundi.
Propterea Assysius nimio calefactus amore
Rettulit effossis flammantia stigmata membris
Franciscus, pauper terris, ditissimus aula
Principis ætherij, per rari signifer æqui
Alter ab empyreis defluxit sedibus almæ
Virtutis custos, fidei seruator Hiberus
Vtrincp innumere, varia sub veste cateruæ
Conscendere polos, fremuit perterritus Orcus
Necnon & Siculus flammas emisit, & ille
Conspicuus signis Picenæ gloria gentis,
Olim fœminei sexus, & Tuscus & Vmber
Monstrauere fidem, & gestata insignia, necnon
Sulphurea Nar albus aqua, priscumcp reate
Quid referam? sanctos monitus præconia crebra
Sacrorum vatum non exaudita prophanis
Sed quæ inuisa malis, nuper demiserit audi.
Dum Sol obliquum bissenis partibus orbem
Supra quindecies centum numerasset ab ortu
Virginei partus, primæ trieteridis annum.
Postremum voluens, labuntur mystica cœlo
Res comperta mihi, vos aspirate, canenti. S v

Est regio Europæ gelido subiecta trioni
Bellaces habitant populi, quos Romula pubes
Vix domuit, toto quis dominarier orbe
Cœperit, & Latium iam formidaret Araxes
Armenius Tybrim, Pharium & pepulisset Anubim
Itala proiectos aluit, quę belua fratres
Illinc missa vadis ingentia robora voluit
Atq; sub aerijs perlabitur alpibus Aenus
Aenus cæsareis ardentia ligna caminis
Ducturus, vasto populus dum Sbocius antro
Effossum varios argentum promit in vsus
Hac Rhenus liquidi deuoluit fluminis vndam
Gallica Germanis, qui separat arua Colonis
Romani toties qui expertus militis arma
Ingentes paruo Thybri supponere lymphas
Pertulit, & Latiam vectare per æquora puppim,
Oceani bifido percellens vortice fluctus
Hinc & Danubius non magnas deuehit vndas
Montibus Arbonæ vix fusus, plurima nondum
Flumina surripuit nondumq; Binomius, ingens
Alluit Elysios, Ariosq; & Pæonis oram
Et Lygios, tandem rapto tumefactus aquarum;
Euxinum ingreditur bis terno gurgite pontum
Extremumq; caput limosa perdit in vlua.
Hic demissa recens populi mysteria, mirum
Attoniti inspectant, homines, ac inanima passim
Inscribunt puro delapsa insignia cœlo
Sanguinolenta Crucis, clari memoranda triumphi
Effigies late spectat, spongia, flagra
Visuntur, tunica inconsutilis intima, claui
Cernuntur multo madefacti sanguine, telum
Quod sacram sæuo discreuerat impete costam
Pingitur, excubitor christa spectabilis ales
Tergeminiq; micant tali, quos inclyta Christi
Iecerat innocui sortitus tegmina miles,
Non ignota cano, Cæsar monstrauit, & ipsi
Vidimus, innumeros prompsit Germania testes,
Qua Rhenus tenui Rhetis ex Alpibus orsu
Funditur, & maior suppostis influit aruis
Compertum, viditq; lacus qui molle pererrans
Muros piscosæ subiectos perluit vrbis
Quos Constantini proles oriente subacto
Occiduas repetens stellanti murice terras
Condidit, & proprio signauit nomine, cuius
Principis (vt perhibent) demissus sanguine Picus,
Picus harenose genitus prope flumina Siclæ
Audijt & tumidi iam ditior accola Rheni,
Quiq; lacu missus leni submurmurat vnda,

Mox alium præfertq; lacum, quo deniq; fusus
Inde humilis, tumidusq; voraxq; euoluitur, inde
Plenus & exiguus, rectus, sinuosus in orbem
Labitur. hinc sumptis Basileam diuidit vrbem
Fontibus, ac vasto defertur gurgite, & alti
Vorticibus magnis contingit tecta Brisachi
Aduersam cæsaquæ nectunt abiete ripam,
Noricus inspexit, torti audiuere Sycambri,
Audijt & Mario domitus per vulnera Cymber,
Senserunt amnes, senserunt æquora longe
Aequora torpenti glacie concreta sub axe
Arctoo, propius conspexit Danubij fons,
Spectarunt fortes ipsis sub mœnibus Vlmæ
Assueti contis fortes bellare Sueui,
Et Phorcin Latiæ donatus lumine linguæ,
Cui sacrum triplici celebratum dogmate nomen;
Inspectant populi quorum confinia Cæsar
Vastauit late victor, cum fusa Bohemus
Agmina colligeret, nuper dum prælia miscet
Confractis vires latura rebellibus, illinc
Vangiones cernunt, latebrosa silentia siluæ
Herciniæ norunt, nouit perterritus Osus
Osus Aranisco dubium deductus, an illo
Hic genus antiquum referat, sub iudice lis est
Vindelicus, Rhetus miratur, & aspera cæde
Romani, tremuit quondam prouincia Vari
Nec tam præcipiti formidine territus hausit
Armorum sonitum quondam Germanus arator
Nec sic expauit subitis cum motibus Alpes
Intremuere, minus bellacis tempore Othonis.
Pertimuit claro primum cum mystica cœlo
Defluxere, iuuat lachrymas effundere, multæ
Implorant veniam scelerum cum patribus vrbes
Aeni concutitur pons, illius accola nudis
Incedit pedibus celebrans amburbia, tantum
Relligio potuit, minio color, & color atro
Nonnunq; similis, sacris mantilibus ipsi
Sanguineis rutilans maculis insigne triumphi
Vidimus, Actæo confusum pene liquore
Puniceo interdum fulgor certauerat Ostro
Interdum fusci nigrantem nube coloris
Permixtamq; crucem rubro spectauimus olim
Nec morum discrimen erat, sacer atq; prophanus
Iam conspersa sibi gestabant mystica, patres
Conscripti & pueri, conscriptus sexus vterq;,
Et templa & vestes, a summa Cæsaris aula
Ad tenues vicos, ad dura mapalia ruris
Cernere erat liquido deductum ex æthere signum

Purpurea exceptum tunica, quod ferre senator
Formidat laeus & matrona perhorruit armo
Quod stupuit trito positum centone colonus,
Pauperis ad lychnum nati dum canabe pero
Consuitur, teneras lacerent ne tristia plantas
Constipata gelu, consertaque vepribus arua
Miraturque sagi tenuato stamine miles
Insculptum mortis vitali a sede trophaeum
Miraturque, simulque pauet, qui vasa sacerdos
Obnubit, celeri supra tectoria lapsu
Aduentare cruces, & linthea pingere, pallet
Spectator, densusque redit formidine sanguis
Ad fontem e riuis, titubantque in pectore fibrae
Nec non veloces ageret cum turbida lympha
Praecipitata molas summo de vertice montis
Atque excepta rotis tereret frumenta minister
Qui lassata vago stridore, & pondere sacci
Pollineque inspersus, placido dari membra sopori
Decernit, rubro sub tectis spargitur imbre,
Olli per pectus, per crus, per colla, per aluum
Sydereae extemplo pingunt insignia guttae
Quos varij strepitus, quae dissona dogmata, quanti
Pro sensu capitum vario mussare susurri?
Crediderim dominum caelsae qui praesidet arci
Olim longa sui potantem obliuia mundum
Vidisse, & signis voluisse salubribus almae
Saepius (vtque alias) excire ad limina lucis
Quandoquidem fontes inferno sustulit antro
Tartareus princeps furias, scelerumque cateruas
Immisit stygij reserantes abdita fontis
Cuius mortifero dudum tenebrosus hiatu
Aera tabificum fumus praetexuit, inde
Angusta occulitur coelestis saemita vitae
Inde crucis miseros vesana obliuia tentant,
Hinc regina mali forte indignata sinistris
In caedes & bella ruit sitibunda cruoris.
Praecurritque rotas scisso discordia crine
Successus belli si forte arriserit, illinc
Ambitio erumpit rebus tumefacta secundis
Tumque infrenis amor lucri, tum lurida gliscit
Ingluuies, studioque omnes excerpta per artus
Spurca Venus, lassis nimium quę viribus hausta,
Et parit ignauos animos, & torquet atroci
Inuidia, & partos disperdit prodiga census.
Sic septemplicibus crassatur perdita vinclis
Belua multorum capitum, quibus impete saeuo
Deiectam legimus quondam Babylona superbam,
Quam, nec crudeli populasset milite Cyrus

Nec centum crebro nutassent ariete portæ,
Nec genesis falso lusisset dogmate mendax
Stellarum varijs intentus cursibus augur
Ni prius hostiles hausisset perfida mores
Quos noster, pudet heu, iam dudum accersijt orbis,
Quosq; recens Babylon haustos cumulatius ambit
Sed nec tam tumidam victrix te græcia quondam
Reddiderant cæsi Marathonis in æquore Persæ,
Non delusa Rhodo, tergo non fulta Platonis
Non Demosthenecæ raptata volumina linguæ,
Neve Stagyreo motu peruecta tonantis
Ad solium, tanto pereuntis ludicra famæ
Aut studio aut plausu quondam deposcis inani
Q; nunc imbelles laudum mentita trophæa
Ostentant fastu, q; plebs ignara tumescit.
Mollitiem subde & luxus quos prisca Tarenti
Fama reformidat; quos nescit Apicius, odit
Atq; Philoxenium guttur, quos reijcit ille
Qui sceptro indignus tractauit serica pensa,
Et Sibaris parcę spernens obsonia mensæ,
Sed quid Achemenijs quæsitam regibus olim
Immanem Venerem (pudet heu memorare) pphani
Nomine damnantur, qui non admiserit, omnes
Quotquot collegit vitiorum Roma cloacas,
Assyrium Tiberi cum iam admisisset Orontem
Mox proprijs opibus; proprijs ruitura sub armis,
Iam dudum excipiunt, insultant Maurus & Afer
Aegyptus, Libye subsannat, Thracia ridet
Nec fidei monitis auscultant, vincimur aiunt,
Colluuies scelerum, vitiorum fœtida nubes
Hinc illuc pridem migrauit, perfida turba
In Christum laxant impune repagula, nobis
Non impune datum, si Christum lingua lacessat,
Virginis & nomen, nobis non spernitur almæ,
Sed nec sacra dei nobis, nec templa, nec aræ
Venduntur. dominis quo tandem cernimus vsq;
Insultare canes? purgemus noxia, rectum
Firmemus, nostris opus est indicere bellum
Moribus imprimis, mox bella inferre prophanis,
Scilicet incassum patiemur mystica cœlo
Delabi, aut veteres tantum effudisse cruoris
Sacratæ fidei proceres? aut deniq; Christi
Nil nobis prodesse necem patiemur amaram?
Subiectos populos compescas inclyte Cæsar
A vitijs neq; enim tantas regnator olympi
Virtutes & opes tibi contulit, ut tibi tantum
Prodessent, cælsæ rarissima munera dextræ,
Dona recognoscas fortis cælestia Cæsar

Sopitam turbis sacrato pollice barbam
Vellere ne pigeat, tua sunt hæc munia Cæsar
Stringere constantis fidei pro legibus ensem,
Insculptaq; cruce infidos Maomethis alumnos
Pellere, quæ tibi sunt iam tradita desine Cæsar
Alter ut insumat, te contemnente, ministri
Christo non desunt, reges, nec tempora desunt
Vt mores abigat Sathana impellente nefastos,
Et crucis imperium longe lateq; propaget.
Tu dudum lectus, nunc inuitatus, ad altos
Dirige (ne pigeat) fœlicia carbasa portus
Non deerunt equites, non instrumenta, fideles
Adsunt Italiæ populi lectissima pubes
Viribus indomitis. instructas ecce phalanges
Tormenta, & celebres præstat Germania currus
Et neruos belli, fauor ingens cœlitus, idem
Quo fretus iam pene puer certamine Gallos
Contundis latio, nec dum diademate frontem
Contectus, multosq; domas. gens effera nuper
Rettulit arctoos inflictum vulnus in axes
Iam metuuntq; Getæ, metuit quoq; Mauros vt olim
Fugerat eoos indignabundus in ortus
Emoniis equitum cuneus discinctus ab oris,
Dum Charolus bello iam Parthenopæa subiret
Mœnia magnanimis qui mox succumberet orsis.
Cuius nec gessis Byzantia turba Sarissas
Duxisset contra, refluus quoq; Bosphorus vdas
Veliuolam classem Thracum excępisset in vlnas.
Ter seruum Memphis iure indignata tyrannum
Cessisset Pharium velamina torta tiaram.
Nunc Aquila expetitur rutilum quæ insigne triumphi
Per Tanaim, Nilum, calidę per rura Syenes
Perq; Arabum campos, ambustaq; solibus arua
Vectet ad auroræ populos, ad ditia regna.
Sed vereor Cæsar, veteri ne quassa timore
Occiduum turbet subitis incursibus orbem
Hostica gens fidei, veluti cum percita voce
Euigilant nudo, meditantur prælia dente
Turba canum, surdis si forte irritibus hostem
Nil arcent, nec baubatus effundere vanos
Contulit, insultum expediunt, quo territus hostis
Horreat, inq; illum possit formido referri
Rumpe moras, præstan videat Gangeticus armis
Cęsaris excindi, Persas, non spernere Hydaspem
Aut Hypanim, pontes, patrios nec visere saltus
Donec odoratos alacer conscenderit Indos.

FINIS.







